pondera. Postquam autem sederit in solio reg-
ni sui. describet sibi decem nomina legis
huius in uolumine. accipiens exemplar a
sacerdotibus leuiticis tribus. et habebit secum.
legetque illud omnibus diebus uite sue. ut discat
timere dominum deum suum et custodire uerba et ce-
rimonias eius que in lege precepta sunt. nec
deuectur cor eius in superbiam super fratres suos.
neque declinet in partem dexteram uel sinistram.
ut longo tempore regnet ipse et filii eius super
israel. Non habebunt sacerdotes et leuitice et
omnes qui de eadem tribu sunt partem et
hereditatem cum reliquo populo israel. quia
sacrificia domini et oblationes eius comedent.
et nichil aliud accipient de possessione fratrum
suorum. Dominus enim ipse est hereditas eorum.
sicut loquutus est illis.

Hoc erit iudicium sacerdotum a populo et ab
his qui offerunt uictimas. Si uel boue
sue uel ouem immolauerint. dabunt sacerdo-
ti armum ac uentriculum. primicias frumti
uini. et olei. et lanarum partem ex ouium
consensione. Ipsum enim elegit dominus deus tuus
de cunctis tribubus tuis. ut staret et ministret
nomini domini ipse et filii eius in sempi-
ternum.

Sixerit leuitice de una urbium tuarum
ex omni israel in qua habitat. et uoluerit
uenire desiderans locum quem elegerit dominus.
ministrabit in nomine dei sui sicut omnes
fratres eius leuitice qui stabunt eo tempore co-
ram domino. Partem ciborum eandem accipiet.
quam et ceteri. excepto eo quod in urbe sua
ex paterna ei successione debetur.

Quando ingressus fueris terram quam dominus
deus tuus dabit tibi. caue ne imitari uetis
abominationes illarum gentium. nec inue-
niatur in te qui husterit filium suum aut fili-
am ducens per ignem. aut qui ariolos scisci-
tatur. et obseruet somnia atque auguria.

ne sit maleficus atq; incantator: ne phitones
 consulat: neq; diuinos: et querat a mortuis
 ueritatē. Omnia enim hec abhominat dñs:
 et propter istiusmodi scelera delebit eos in
 introitu tuo. Perfectus eris et absq; macula:
 cū dño deo tuo. Gentes iste quarum possi
 debis terram augures et diuinos audiunt:
 tu autem a dño deo tuo aliter instructus es:

Propham de gente tua et de
 fratribus tuis sicut me suscitabit tibi
 dñs dñs tuus: ipsum audies ut peccasti a do
 mino deo tuo in oreb. quando contio con
 gregata ē atq; dixisti. Ultra non audiam
 uocem dñi dei mei: et ignē hē maximū
 ampli n̄ uidebo ne moriar. Et ait dñs m̄.
 Bene omnia sunt loquuta. Propham sus
 citabo ē de medio fr̄m suorum — similem
 tuū: et ponam uerba mea in ore eius: loq̄
 turq; ad eos omnia que precepo illi. Qui
 autem uerba eius que loquetur in nomine
 meo audire noluerit: ego ultor existam.

Propha autem qui arrogantia
 deprauatus uoluerit loqui in nomine
 meo que ego non p̄cepi illi ut diceret: aut
 ex nomine alienorū deorum: interficiet. Quod
 si tacita cogitatione responderis. quomodo
 possum intelligere uerbum quod n̄ ē locut⁹
 dñs: hoc habebis signū. Quod in nomine
 dñi p̄pha ille p̄dixerit et non euenerit: hoc
 dñs non ē loquutus: sed p̄ timorē animi
 sui p̄pha confinxit: et idcirco n̄ timebis eū.
 Cum disp̄diderit dñs dñs tuus gentes qua
 rum dñs deus tuus t̄ traditurus ē terram:
 et possederis eam habitauerisq; in urbibz
 eius et in edibz: tres ciuitates separabis
 ibi in medio terre quam dñs deus tuus
 dabit tibi in possessionem —

— sternens diligenter uiam: et in tres equi
 ter partes totam terrē tuę prouinciam di
 uides: ut habeat e uicino q̄ propt̄ homi

diuum p̄fugus est quo possit euadere. Hec e
 rit lex homicidę fugientis: cuius uita serua
 da est. Qui percussit proximum suū nescies:
 et qui heri et nudius tertius nullū habuisse
 contra eum odium comprobat: sed abisse sim
 pliciter cum eo in siluam ad ligna cecidit:
 et in succisione lignorum securis fugerit ma
 num. ferrumq; lapsum de manūbrio amici
 eius percussit et occidit: hic ad unam su
 pradictarum urbium confugiet et uiuet ne
 forsitam proximus ei cui effusus ē sanguis
 dolore stimulatus p̄sequatur et apprehendat
 eum si longior uia fuerit et percutat animā
 eius qui non est reus mortis: quia nullum
 contra eum qui occis⁹ ē odium p̄us habuisse
 monstratur. Idcirco precipio tibi ut tres ci
 uitates equalis inter se spaciū diuidas: cū au
 tem dilatauerit dñs deus tuus terminos tuos
 sicut iurauit patribus tuis: et dederit t̄ cuncta
 terram quam eis pollicitus est: sitam cū stodi
 eris mandata eius et feceris que hodie p̄o p̄o
 tibi: ut diligas dñm dñm tuum et ambules
 in uis eius omni tempore: addes t̄ tres alias
 ciuitates: et supradictarum trium urbium
 numerum duplicabis: ut non effundat san
 guis innocuus in medio terre quam dñs dñs
 tuus dabit tibi possiderendam: ne sis sangu
 nis reus.

Si quis autem odio habens proximum
 suum insidiatus fuerit uite eius: sur
 gensq; percussit illum et mortuus fuerit
 fugeritq; ad unam de supradictis urbibus:
 mittent seniores ciuitatis illius. et arripi
 ent eum de loco effugij: tradentq; in manu
 proximi cuius sanguis effusus ē et morietur:
 nec miseraberis eius: et auferes noxiū san
 guinem de isrl̄ ut bene sit tibi.

Non assumes et transferes terminos pro
 ximi tui quos fixerunt priores in poses
 sione tua. quam dñs dñs tuus dabit t̄ in ter

ra quam accepis possidendam. Non stabit
testis unus contra aliquem quicquid illi
peccati ac facinoris fuerit: sed in ore duorum
aut trium testium stabit omne uerbum. Si
steterit mendax testis contra hominem accusas
cum perurcationis: stabunt ambo quorum
causa est ante dominum in conspectu sacerdotum
et iudicium qui fuerint in diebus illis. Cum
diligentissime perscrutantes inuenierint fal-
sum testem dixisse contra fratrem suum mendaci-
um: reddent ei sicut fratri suo reddere cogi-
tauit: et auferes malum de medio tui: ut
audientes ceteri timorem habeant et nequa-
quam talia audeant facere. Non miserebis
eius: sed animam pro anima. oclum pro oculo. den-
tem pro dente. manum pro manu. pedem pro pede.
exiges.

xx

Si exieris ad bellum contra hostes tuos:
et uideris equitatum et currus. et ma-
iorem quam tu habes aduersary exercitum mul-
titudinem: non timebis eos quia dominus deus
tuus tecum est qui eduxit te de terra egypti.
Appropinquante autem iam prolo stabit sac-
dos ante aciem et sic loquetur ad populum.
Audi israhel: hos hodie contra inimicos uros
pugnam committitis: non timeat cor uestrum.
Solite metuere. nolite cedere non formideatis
eos: quia dominus deus uestrum in medio uestrum est et pro-
uobis contra aduersarios dimicabit ut eruat
uos de periculo. Duces quoque pro singulis turmas
audiente exercitu proclamabunt. Quis est ho-
mo qui edificauit domum nouam et non dedi-
cauit eam: Hadat et reuertatur in domum suam
ne forte moriatur in bello: et alius dedicet
eam. Quis est homo qui plantauit uineam
et nondum fecit eam esse communem. et de qua
omnibus uesci licet: Hadat et reuertatur in do-
mum suam ne forte moriatur in bello: et alius
homo eius fungatur officio. Quis est homo
qui desponsauit uxorem et non accepit eam:

Hadat et reuertatur in domum suam ne forte
moriatur in bello: et alius homo accipiat eam.
His dictis addent reliqua: et loquentur ad
populum. Quis est homo formidolosus et cor-
de pauido: Hadat et reuertatur in domum suam:
ne pauere faciat corda fratrum suorum sicut ip-
se timore perterritus est. Cumque siluerint exer-
citus duces et finem loquendi fecerint: unus
quisque suos ad bellandum cuneos preparabit.

Si quando accesseris ad expug-
nandam ciuitatem: offeres ei primum pacem.
Si recepit et aperuerit tibi portas. cunctus
populus qui in ea est saluabitur: et seruet
tibi sub tributo. Sin autem fedus inire no-
luerint et receperint contra te bellum: oppug-
nabis eam. Cumque tradiderit dominus deus tuus
illam in manu tua: percutes omne quod in
ea generis masculini est. in ore gladij absque
mulieribus et infantibus. iumentis et ceteris
que in ciuitate sunt. Omnem predam exerci-
tui diuides: et comedes de spolijs hostium
tuorum que dominus deus tuus dederit tibi. Sic faci-
es cunctis ciuitatibus que a te paul ualde fecerunt
et non sunt de his urbibus quas in possessionem
accepturus es. De his autem ciuitatibus que
dabuntur tibi nullum omnino permittes futu-
re. sed interfices in ore gladij: et chem uidelicet
et amorreum. et chananeum et pherezeum. eue-
um et gergeseum. et ihebuscum sicut prece-
pit tibi dominus deus tuus: ne forte doceant uos
facere cunctas abominationes quas ipsi o-
perati sunt in diebus suis: et peccatis in dominum deum
uestrum. Quando obsederis ciuitatem multo tempore.
et munitionibus circumdederis ut expugnes
eam: non succides arbores de quibus uesci
potest. nec securibus pro circuitum debes uasta-
re regionem: quoniam lignum est et non homo:
nec potest bellantum contra te augere nu-
merum. Si qua autem ligna non sunt pomifera
sed agrestia et in ceteros apta usus: succide

et instrue machinas donec capias ciuitate
que contra te dimicat. **XXI.**

Quando inuentum fuerit in terra qua
dn̄s d̄s tuus daturus ē tibi hominis
cadauer occisi. et ignoratur cedis reus: egre
dientur maiores nati et iudices tui. et me
tentur a loco cadaueris singularum p̄ arcu
tum spacia ciuitati. Et quam uiciniorē cete
ris eē p̄spexerint. seniores ciuitatis eius
tolleunt utuilam de armento que n̄ trahit
iugū nec terram scdit uomere. et ducent
eam ad uallem aspram atq; saxosam. que n̄
quam arata ē nec sementē recepit. et cedent
in ea ceruices utuile. Accedentq; sacerdotē
fily leui quos elegerit dn̄s d̄s tuus ut mi
nistrent ei et benedicant in nomine eius.
et ad ubum eorū omne negotium et quic
quid mundū uel immundum ē iudicent.
et introibunt maiores nati ciuitatis illius
ad utfectum. lauabuntq; manus suas su
p̄ utuilam que in ualle percissa ē et dicent.
Manus nr̄e non effuderunt sanguinē h̄c.
nec odi uiderunt. Sp̄icus esto populo tuo
isrl̄ que redemisti dn̄e. et non repites san
guinem innocentē in medio populi tui
isrl̄. Et auferetur ab eis reatus sanguinis.
Tu autem alienus eris ab innocentis cruore
qui fusus ē cum feceris quod precepit dn̄s.

Si egressus fueris ad pugnam
contra inimicos tuos. et tradiderit
eos dn̄s d̄s in manu tua captiuosq; dix
eris. et uideris in numero captiuorum
mulierem pulchram et adanāuis eam
uoluerisq; eam habere uxorem. introduces
eam in domum tuam. Que radet cesariem
et circumcidet unguis. et deponet uestem
in qua capta ē. sedensq; in domo tua flebit
patrem et matrem suam uno mense. et po
stea utuabis ad eam dormiesq; cum illa.
et erit uxor tua. Si autem postea sederit

animo tuo. dimittes eam liberam nec uen
dere poteris pecunia. nec opprimere p̄ poten
tiam. quia humiliasti eam.

Si habuerit homo uxores duas unam di
lectam et alteram odiosam. genuerit ex
eis filios. et fuerit filius odiose primogenitus.
et uoluerit substantiam inter filios suos di
uidere. non poterit filium dilecte facere pri
mogenitum et p̄ferre filio odiose. sed filius
odiose agnoscat primogenitū. et dabit ei de
his que habebit cuncta duplicia. Iste ē enim
principium liberorum eius. et huic debent
primogenita.

Si genuerit homo filium contumacem
et p̄teruim. qui non audiat patris acma
tris impū. et coherctus obedire contemp
serit. apprehendent eum et ducent ad seniore
ciuitatis illius et ad portam iudicij dicentq;
ad eos. filius noster iste p̄teruim et contu
max est. monita nr̄a audire contempnit. co
messationib; uacat. et luxurie atq; conuiujs.
Lapidib; eum obruet populus ciuitatis et
mouetur. ut auferatis malum de medio ur̄i.
et uniuersus isrl̄ audiens p̄amescat.

Quando peccauerit homo quod morte ple
dendum est. et ad iudicatus morti ap
pensus fuerit in patibulo. non p̄manebit
cadauer eius in ligno. sed in eadem die sepe
lietur. quia maledictus a deo ē qui pendet
in ligno. et nequaquam contaminabis ter
ram tuam quam dn̄s d̄s tuus dedit tibi
in possessionem. **XXII.**

Non uidebis bouem fr̄is tui aut ouem
ranteam et p̄teribis. sed reduces fr̄atio.
Etiam si non est p̄pinquus tuus fr̄ nec no
sti eum. et erunt apud te quam diu querat
ea frater tuus et recipiat. Similiter facies de
asino. et de uestimento. et de omni re fr̄is tui
que pierit. si inueneris eam ne negligas.
quasi alienam. Si uideris asinum fr̄is

qui aut bouem cecidisse in uia: n̄ despicias
sed subleuabis eum. Non inducatur mu-
lier ueste uirili: nec uir utatur ueste femi-
nea. Abominabilis enim apud deum ē
qui facit hec.

Si ambulans p̄ uiam in arbore uel in
tra nidum aut inueneris: et matrem
pullis uel ovis desup incubantem: non
tenebis eam cum filiis sed abire patris
captos tenens filios: ut bene sit tibi et lon-
go uiuas tempore.

Qum edificauis domum nouam. fa-
cies murum tecti p̄ circuitū: ne effu-
datur sanguis in domo tua et sis reus
labente alio et in preceps ruente. Non se-
res uineam tuam altero semine: ne et se-
mentes quas seuisi et que nascuntur ex
uinea pariter scificentur.

Non arabis in boue simul et asino. Non
indueris uestimento quod ex lana
linōq; contextum est. fimbrios in fim-
brys facies p̄ quatuor angulos pally
tui quo operiris.

Si duxerit uir uxorem et postea eam odio
habuerit querieritq; occasiones quibus
dimittat eam: obiciens ei nomen pessimū et
dixerit: uxorem hanc accepi et ingressus ad eā
non inueni uirginē: tollent eam pater et ma-
ter eius et ferent secum signa uirginitatis
eius ad seniores urbis qui in porta sunt. et
dicit pater: fili in meam dedi huic uxorem!
quam quia odit imponit ei nom̄ pessimū
ut dicat. non inueni filiam tuam uirginē.
Et ecce hec sunt signa uirginitatis filie mee:
Et expandent uestimentū coram seniorib;
ciuitatis: et apprehendent seniores urbis illi
uirum illum et uerberabunt eum condennan-
tes insup centum siclos argenti quos dabit
pater puelle: qm̄ diffamauit nomen pessimū
sup uirginem isrl̄. Habebit eam uxorem!

et non poterit eam dimittere om̄i t̄p̄ uite
sue. Quod si uerum est quod obiecit et n̄
est in puella inuenta uirginitas: eiciet
eam extra fores domus patris sui et lapi-
dibus obruent eam uiri ciuitatis eius et
moneatur: qm̄ fecit nefas in isrl̄ ut forni-
cetur in domo patris sui: et auferes ma-
lum de medio tui.

Si dormierit uir cum uxore alterius: utiq;
mouentur id est aduiter et aduiteria: et
auferes malum de medio isrl̄. Si puellam
uirginem desponsauerit uir: et inuenerit
eam aliquis in ciuitate et concubierit cum
ea: educes utrumq; ad portam ciuitatis is-
lius et lapidibus obrunt: puella quia cla-
mauit cum ēt in ciuitate: uir q̄a hu-
miliauit uxorem fr̄is sui: et auferes ma-
lum de medio tui.

Smautem in agro repererit uir puellā
que desponsata ē. et apprehendens con-
cubierit cum ea: ipse moneatur solus pu-
ella nichil patietur: nec est rea mortis: qm̄
sicut latro confurgit contra fr̄em suum
et occidit animam eius: ita puella p̄pessā ē.
Sola erat in agro: clamauit et nullus affu-
it qui liberaret eam.

Si inuenerit uir puellam uirginē que
non habet sponsum. et apprehendens
concubierit cum ea et res ad iudicium
uenerit: dabit qui dormiuit cum ea pater
puelle quinquaginta siclos argenti: et
habebit eam uxorem quia humiliavit
eam. Et non poterit dimittere eam: cun-
ctis diebus uite sue.

Non accipiet homo uxorem patris sui:
nec reuelabit opimentum eius. Non
intrabit eunuuchus amputatus ul' atrectis
testiculis et absciso ueretro eccl̄am dñi.

Non ingredietur manzer hoc ē **xxvii**
de scorto natus in eccl̄am dñi: usq; ad

decimam generationem. Anni nites et mo-
 abites etiam post decimam generationem
 non intrabunt ecciam dñi in eternū quia
 noluerunt uobis occurrere cum pane et ag
 in uia quando egressi estis de egypto: et
 quia conduxerunt contra te balaam filii
 beor de mesopotamia syrie ut malediceret
 tibi: et noluit dñs dñs tuus audire balaam
 uerūq; maledictionem eius in benedicti
 onem tuam. eo quod diligeret te. Non fa
 cies cum eis pacem: neq; queres eis bona
 cunctis dieb; uite tue in sempiternum.

Non abominaberis ydumeum
 quia frater tuus est: nec egyptium. quia ad
 uena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex
 eis: tertia generatione intrabunt in eccle
 siam dñi. Quando egressus fueris aduersus
 hostes tuos in pugnam: custodies te ab
 omni remala.

Si fuerit inter uos homo qui nocturno
 pollutus sit somnio: egredietur extra
 castra: et non reuertetur prius quam ad
 uespum lauetur aqua: et post solis occa
 sum regredietur in castra. Habebis locum
 extra castra: ad quem egredieris ad requisi
 ta nature generis parillum in bātcheo. Cūq;
 sederis fodies p circuitū: et egesta humo
 opies quo releuatus es. dñs enim dñs tuus
 ambulat in medio castrorum. ut eruat te
 et tradat tibi inimicos tuos: ut sint castra tua
 scā et nich in eis appareat fedicitatis: ne de
 relinquat te.

Non trades seruum dño suo qui ad te
 confugerit: habitabit tecum in loco
 quo ei placuerit: in una urbium tuarum
 requiescet ne contristes eum.

Non erit meretrix de filiabus isrl: neq;
 fornicator de filiis isrl.

Non offeres mercedem p̄stibuli nec p̄cū
 canis in domum dñi dei tui quicquid illud

est quod uouerint: quia utrumq; abhonna
 tio est apud dñm deum tuum.

Non fenerabis fructu tuo pecuniā ad usura
 nec fruges neq; quamlibet aliam rē: sed
 alieno. fr̄i autem tuo absq; usura id quod in
 diget commodabis: ut benedicat t̄ dñs dñs
 tuus in omni ope tuo in terra ad quam in
 grediens possidendam.

Cum uoueris uocā dño deo tuo non tar
 dabis reddere: quia requirit illud dñs
 deus tuus: et si moratus fueris reputabit
 tibi in peccatum. Si ino lucrīs pollutus abq;
 peccato eris. Quod autē semel egressum e
 de labijs tuis: obseruabis et facies sicut p
 misisti dño deo tuo et propria uoluntate
 et ore tuo locutus es.

Ingressus uineam proximi tui comedē uīas
 quantum tibi placuerit: foras autē ne esse
 rias tecum. *xxiii.*

Suntāius segetem amici tui franges
 spicas et manu conteres: falce autem
 non metes.

Si accepit homo uxorem et habuerit eā
 et non inuenit grām ante oculos ei
 propter aliquam fedicitatem: scribet libel
 lum repudij et dabit in manu illius et
 dimittet eā de domo sua. Cūq; egressa
 alterum maritūm duxerit et uie quoq; ode
 rit eam dederitq; ei libellum repudij: et di
 miserit de domo sua uel certe mortuus fu
 erit: non poterit prior maritus recipere
 eam in uxorem. quia pollutā ē. et abhoni
 nabilis facta est coram dño. Ne peccare fa
 cias terram tuam quam dñs dñs tuus tradidit
 tibi possidendam.

Cum accepit homo nup uxorem n̄ p̄cedat
 ad bellum: nec ei quippiam necessita
 tus iniungatur publice: sed uacabit absq;
 culpa domui sue: ut uno anno lectetur cum
 uxore sua. Non accipies loco pignoris in se

riorem et superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi.

Sid reprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis israel: et uendito eo accipit precium interficiatur: et auferes malum de medio tui. Obserua diligenter ne incurras in plagam lepre: sed facies quecumque docuerint te sacerdotes leuitici generis iuxta id quod precepi eis et implete sollicitate. Memento que fecerit dominus deus uester manne in uallem egredere nuni de egipto.

Qum repetes a primo tuo rem aliquam quam debet tibi non ingredieris domum eius ut pignus auferas: sed stabis foris et ille tibi proferet quod habuerit. Si autem pauper est non prociabit apud te pignus: sed statim reddes ei ante solis occasum: ut dormiens in uestimento suo benedicat: et habeas iusticiam coram domino deo tuo. Non negabis mercedem indigentis et pauperis fratri tui. siue aduene qui tecum moratur in terra et intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei precium laboris sui ante solis occasum: quia pauper est et ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad dominum et reputet in peccatum.

Non occidantur patres pro filiis. nec filii pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur. Non puertes iudicium aduene et pupilli: nec auferes pignoris loco uidue uestimentum. Memento quod serueris in egipto: et eruerit te dominus deus tuus inde.

Idcirco precipio tibi ut facias hanc rem. Quando messueris segetem in agro tuo et oblitus manipulum reliqueris: non reuertaris ut tollas eum: sed aduenam et pupillum et uiduam auferre patieris: ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni ope manuum tuarum. Si fruges colligebis oluarum quicquid remanserit in arboribus non reuertaris ut colligas: sed relinques

aduene pupillo et uidue.

Si uindemiaueris uineam tuam non colliges remanentes iacetinos: sed cedent in usus aduene pupilli et uidue. Memento quod et tu serueris in egipto: et idcirco precipio tibi ut facias hanc rem. Si fuerit causa inter aliquos et interpellauerint iudices: que iustam esse perspexerint. illi iusticie palmam dabunt: quem impium condempnabunt impietatis. Sicut enim qui peccauit dignum uiderunt plagis: prosternent et coram se facient uerberari. Pro mensura peccati erit et plagarum modus: ita duntaxat ut quadragenarium nuinum non excedant: ne fedita ceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.

Non ligabis os bouis uentis in area fruges tuas. Quando habitauerint fratres simul. et unus ex eis absque liberis mortuus fuerit: uxor defuncti non nubet alteri. sed accipiet eam frater eius et suscitabit semen fratris sui: et primogenitum ex ea filium nomine eius appellabit: ut non deleatur nomen eius ex israel. Si autem noluerit accipere uxorem fratris sui que ei lege debetur: proget mulier ad portam ciuitatis et interpellabit mulier maiores natu et dicet. Non uult frater uiri mei suscitare semen fratris sui in israel: nec me in coniugium sumere. Statimque eum accersiri facient: et interrogabunt. Si responderit nolo eam uxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus. et tollet calciamentum de pede eius: spuetque in faciem illius et dicet. Sic fiet homini qui non edificat domum fratri sui: et uocabitur nomen eius in israel domus discalciata. **S**i habuerint inter se uirgum uirum et unus contra alterum rixari cepit: uolensque uxor alterius crucire uirum suum de manu fortioris miseritque manum et apprehenderit uerenda eius: abscondes manum illius nec

pulo dicentes. Custodite omne mandatum quod precipio uobis hodie. Cumq; transieritis iordanem in terram quam dñs dñs tuus dabit tibi: eriges ingentes lapides. et calce leuigabis eos: ut possis in eis scribere omnia uerba legis huius iordane transmissio. ut uideas terram quam dñs dñs tuus dabit tibi terram lacte et melle manantem: sicut iurauit patribus tuis. Quando ergo transieritis iordanem erigite lapides q̄s ego hodie precipio uobis in monte hebal. et leuigabis eos calce: et edificabis ibi altare dño deo tuo. de lapidibus quos ferrum n̄ tetigit. et de saxis informibus et impolitis: et offeres super eo holocaustum dño deo tuo. et immolabis hostias pacificas: comedesq; ibi et epulaberis coram dño deo tuo: et scribes super lapides omnia uerba legis huius plane et lucide.

Dixeruntq; moyses et sacerdotes leuitici generis ad omnem israhel. Attende et audi israhel. Hodie factus es popl's dñi dñi tui. Audies uocem eius et facies mandata atq; iusticias: quas ego precipio tibi.

Precepitq; moyses populo in die illo dicens: Hi stabunt ad benedicendum dño sup montem garizim iordane transmissio. Symeon. leui. iudas. y schar. ioseph. et beniamin. Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte ebal: ruben. gad. et aser. zabulon. dan et neptalim. Et p̄nuntiabunt leuite: dicentq; ad omnes uiros israhel excelsa uoce. Maledictus homo qui facit sculpale et conflatile: abominationem dñi opus manuum artificum: et ponit illud in abscondito. Et respondet omnis populus et dicit amen. Maledictus qui non honorat patrem suum et matrem: et dicit omnis populus amen. Maledictus qui transfert terminos primi

suu: et dicit omnis popl's amen. Maledictus qui errare facit occum in itinere: et dicit omnis populus amen.

Maledictus qui p̄ccat iudiciu aduene pupuli ac iudue: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui dormit cum uxore patris sui et reuelat opimentu lectuli eius: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui dormit cum omni iumentu: et dicit omnis popl's amen. Maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui uel matris sue: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui dormit cum soeris sua: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui cecidit proximi sui: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui accipit munus ut percutiat anima sanguinis innocens: et dicit omnis popl's am. Maledictus qui non p̄manet in sermone legis h̄ nec eo ope p̄fic: et dicit omnis popl's ad.

Sinautem audieris uocem dñi dei tui ut facias atq; custodias omnia mandata eius que ego precipio tibi hodie: faciet te dñs deus tuus excelsoiorem cunctis gentibus que uersantur in terra: uenientq; super te omnes benedictiones iste et apprehendet te: si tamen mandata eius audieris. Benedictus tu in ciuitate: et benedictus in agro. Benedictus fructus uentris tui. et benedictus fructus terre tue. fructusq; iumentorum tuorum: greges armentorum tuorum. et caule ouium tuarum. Benedicte horrea tua: et benedicte reliquie tue. Benedictus eris et ingrediens et egrediens. Dabit dñs inimicos tuos qui consurgunt aduersum te: et p̄ septem fugient a facie tua. Emittet dñs benedictionem super cellaria tua: et super omnia opera manuum tuarum: et benedictus eris in terra quam accepis. Suscitabitq; te dñs sibi in

populum sc̄m sicut iurauit tibi. si custo-
dieris mandata dñi dei tui et ambulaueris
in uis eius: uidebuntq; omnes populi ter-
rarum quod nomen dñi inuocatum sit
sup te et timebunt te. Habundare te faciet
dñs omnib; bonis: fructu uertitui. et fruc-
tu iumentorum tuorum: fructu terre tue quā
iurauit dñs patrib; tuis ut daret tibi. Apri-
et dñs thesaurum suum optimū celum:
ut tribuat pluuiā terre tue in tempore
suo. Benedicet dñs cunctis opib; manuum
tuarum: et fenerabis gentib; multis. et
ipse a nullo fenus accipies. Constituet te
dñs in caput et non in caudam: et eris sēp
supra et non subter: si audieris mandata
dñi dei tui que ego tibi hodie precipio. et
custodieris et feceris ac non declinaueris
ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram:
nec sequutus fueris deos alienos neq; co-
lueris eos.

Quod si audire uolueris uocem dñi di-
tui ut custodias et facias omnia man-
data eius. et ceremonias quas ego precipio
tibi hodie: uenient sup te omnes male-
dictiones iste et apphendent te. Maledi-
ctus eris in ciuitate: et maledictus in agro.
Maledictum horreum tuū: et maledicte
reliquie tue. Maledictus fructus uentris
tui. et fructus terre tue: armenta bouum
tuorum. et greges ouium tuarum. Maledictus
eris egrediens: et maledictus ingrediens.
Mitte dñs sup te famem et churiam et in-
crepationem in omnia opa tua que facies
donec conterat te et pdat uelociter: propt̄
admonitiones tuas pessimas in quibus
dereliquisti me. Adiungat t̄ dñs pestilen-
tiam donec consumat te de terra quam in-
gredieris possidendam: partiat te dñs ege-
stare. febr̄ et frigore. ardore et estu. et acre
corrupto ac rubigine: et psequatur donec

pereas. Sit celum quod supra te est enecum:
et terra quam calcas ferrea. Det dñs im-
brem terre tue puluerem: et de celo descen-
dat sup te cinis donec conteraris. Tradat
te dñs corruentem ante hostes tuos. Per-
unam uiam egrediaris contra eos et p sep-
tem fugias: et dispargaris p omnia regnate-
re: sicut cadauer tuū in escam cunctis uo-
latilibus celi et bestijs terre: et non sit q̄
abigat. Percutiat te dñs ulcere egypti. et par-
te corporis p quam stercorea egerunt: scabie
quoq; et priuigine. ita ut curari nequeas.
Faciat te dñs amencia et cecitate ac funde-
mentis: et palpes in meridie sicut palpare
solet cecus in tenebris. et non dirigas uias
tuas: omniq; tempore calumpniam susti-
neas et opprimaris uolentia nec habeas
qui liberet te. uxorem accipias: et alius dor-
miat cum ea. domum edifies: et n̄ habitas
in ea. Plantas uineam: et non uindemes ea.
Bos tuus immoletur coram te: et n̄ comedas
ex eo. Asinus tuus rapiat in conspectu tuo:
et non reddatur tibi. Oues tue dentur inimi-
cis tuis: et non sit qui te adiuet. filij tui
et filie tue tradantur alteri populo in den-
tibus oculis tuis et deficientib; ad conspectū
eorum tota die: et non sit fortitudo in manu
tua. fructus aut terre tue et omnes labo-
res tuos comedat populus quem ignoras:
et sis semp calumpniam sustinens et op-
pressus cunctis diebus: et stupens ad ter-
rorem eorum que uidebunt oculi tui. Faciat
at te dñs ulcere pessimo in genibus et in
suris: et sanari non possis a planta pedis
usq; ad uerticem tuum. Ducet te dñs et
regem tuum quem constitueris sup te in
gentem quam ignoras tu et patres tui: et
serues ibi dys alienis ligno et lapidi: et
eris pdatus et in puerbium et in fabulam
omnibus populis ad quos te introduxerit

dn̄s. Sementē multam iaciās in terram et mo-
 dicum congregabis: quia locuste omnia deu-
 rabunt. Vimeam plantabis et fodies et uinū
 non bibes nec colliges ex ea quippiam: qm̄
 uastabitur uernibus. Oliuas habebis in
 omnib; terminis tuis et non ungeris oleo:
 quia defluent et pibunt. filios generabis
 et filias et non frueis eis: qm̄ ducentur ī
 captiuitatem. Omnes arbores tuas et fruct^{us}
 terre tue: rubigo consumet. Aduena qui
 tecum uersatur in terra ascendet sup te et erit
 q; sublimior: tu autem descendes et eris in
 ferior. Ipse fenerabit tibi et tu non fencia-
 bis ei: ipse erit in caput et tu eris in caudā.
 Et uenient sup te omnes maledictiones iste:
 et psequentur et apprehendent te donec inte-
 reas: quia non audisti uocem dñi dei tui nec
 seruasti mandata eius. et cerimonias quas
 precepit tibi. Et erunt in te signa atq; pro-
 digia et in semine tuo usq; in sempiternum:
 eo quod non seruieris dño deo tuo in gau-
 dio cordis q; leticia. propter rerum omnium
 habundantiam. Seruies inimico tuo
 quem inimicet dn̄s tibi in fame et siti
 et nuditate et omnium rerum penuria: et
 ponet uigum ferreum sup ceruicē tuam.
 donec te conterat. Adducet dn̄s sup te gen-
 tem de longinquo. et de extremis finibus
 terre in similitudinem aquile uolantis:
 cum impetu cuius linguam non possis
 intelligere: gentem peccatissimam que non
 deferat seni. nec misereat paruuli. et deu-
 ret fructum iumentorum tuorum ac fruges
 terre tue donec intereas: et non relinquat
 tibi triticum. uinū. et oleum. armenta bouum. et
 greges ouium donec te disypdat. et conterat
 in cunctis urbibus tuis: et destruantur mu-
 ri tui firmi atq; sublimes: in quib; habes
 fiduciam in omni terra tua. Obsideberis in-
 tra portas tuas in omni terra quam dabit t

dn̄s d̄s tuus: et comedes fructum ueni tui.
 et carnes filiorum et filiarum tuar. quas
 dederit tibi dn̄s d̄s tuus. in angustia et in
 uastitate qua opprimeat te hostis tuus.
 Homo delicatus in te et luxuriosus ualde
 inuidebit fratri suo et uxori que cubat in si-
 nu suo. ne det eis de carnib; filiorum suorum
 quas comedet: eo quod nich habeat aliud
 in obsidione et penuria. qua uastauerit. ut
 te inimici tui intra omnes portas tuas. Te-
 nacia mulier et delicata que supra terram in-
 gredi non ualebat. nec pedis uestigium fi-
 gere propter molliem et tenerrudinem
 nimiam. inuidebit uiro suo qui cubat in
 sinu eius sup filij et filie caribus. et in glu-
 ue sedarum que egrediuntur de medio fe-
 minum eius: et sup liberis qui eadem ho-
 ra nati sunt. Comedent enim eos clam. ppt̄
 rerum omnium penuriam: in obsidione
 et uastitate qua opprimeat te inimic^{us} tuus
 intra portas tuas. Nisi custodieris et fece-
 ris omnia uerba legis huius que scripta
 sunt in hoc uolumine. et tenueris nomē ei^{us}
 glōsum et terribile: hoc ē dn̄m tuum:
 augebit dn̄s plagas tuas et plagas semi-
 nis tui: plagas magnas et pseuerantes:
 infirmitates pessimas et ppetuas: et con-
 uertet in te omnes afflictiones egypti quas
 tenuisti et adhererunt tibi. In sup et unuer-
 sos languores et plagas que non sunt sc̄p̄
 te in uolumine legis huius inducet dn̄s
 sup te donec te conterat: et remanebitis
 pauci numero qui prius eratis sicut astra
 celi p̄ multitudinē: qm̄ non audisti uocem
 dñi dei tui. Et sicut ante letatus ē dn̄s sup
 uos bene faciens uobis uosq; multipli-
 cans: sic letabitur disypdens uos atq; sub-
 uertens: ut auferāmini de terra ad quam
 ingrediens possidendam. disypget te dn̄s
 in omnes populos a summitate terre usq;

ad terminos eius? et serues ibi dñs aliens
quos ignoras tu et patres tuy. lignis ac lapi
dibus. In gentibꝫ qꝫ illis nō quiesces? neg
erit requies uestigio pedis tui. habet enim
dñs ibi tibi cor pauidum. et deficientes oculos
et animam merore consumptam? et erit ui
ta q̄si pendens ante te. Timebis nocte et
die? et non credes uite tue. Mane dices quis
michi det uespum? et uespe quis michi det
mane? propter cordis tui formidinem qua
terrebis. et propter ea que tuis uidebis oculis.
Reducet te dñs classibus in egyptum? per
uiam de qua dixi tibi ut eam amplius non
uideres. Ibi uenderis inuicis tuis in seruos
et ancillas? et non erit qui emat te. **xxix**

Hec sunt uerba federis quod precepit
dñs moyſi ut ferret cum filiis isrl̄ in
terra moab? p̄ter illud fedꝫ quod cum eis
p̄epigit in orebꝫ.

Vocauitqꝫ moyſes omnem isrl̄ et dixit
ad eos. Vos uidistis uniuersa que fecit
dñs coram uobis in terra egypti. pharaoni
et omnibꝫ seruis eius uniuersaqꝫ terre illiꝫ?
temptationes magnas quas uiderunt oculi
tui. signa illa potentiaqꝫ ingentia? et non
dedit dñs uobis intelligens. et oculos uidentes.
et aures que possunt audire usqꝫ in p̄sentē
diem. Adduxit uos quadraginta annis p̄
desertum? non sunt attrita uestimenta uia.
nec calciamenta pedum uirorum uecitate
consumpta sunt. Panem non comedistis?
uinum et siceram non bibistis? ut sciretis
quia ipse est dñs d̄s ur̄? et uenistis ad lo
cum hunc. Egressus qꝫ est seon rex eſeboꝝ
et og rex basan. occurrens uobis ad pugna?
et percussimus eos et terram eorum tulimus.
ac tradidimus possidendam ruben et gad.
et dimidie tribui manasse. Custodite qꝫ uer
ba pacti huius et implete ea? ut intelliga
tis uniuersa que facitis. Vos statis hodie

cuncti coram dño deo ur̄o. principes ur̄i actibꝫ
et maiores natu atqꝫ doctores. omnisqꝫ p̄pls
isrl̄ liberi et uxores ur̄e. et aduena qui tecum
moratur in castris. exceptis lignorum et feribꝫ
et his qui comportant aquas? ut tranſeas in
federe dñi dei tui. et in iurando quod ho
die dñs tuus p̄citat tecum? ut suscipiat sibi
in populum et ipse sit dñs d̄s tuus sicut lo
cutus ē tibi? et sicut iurauit patribꝫ tuis a
braham ysaac et iacob. Hec uobis solis ego
hoc fedus ferio et hec iuramenta confirmo.
sed cunctis p̄sentibꝫ et absentibꝫ? vos enim
nostis quomodo habitauimus in terra egypti
et quomodo tranſierimus p̄ medium
nationum. quas tranſeuntē uidistis ab
hominations et sordes. id ē ydola eorum.
lignum et lapidem. argentum et aurum
que colebant? ne forte sit in uos uir aut
mulier? familia aut tribus cuius cor auersū
est hodie a dño deo ur̄o. ut uadat et seruiat
dñs aliens illarum gentium et sit inter
uos radix germinans fel et amaritudinem?
cumqꝫ audierit ūba iuramenti huius. bene
dicat sibi in corde suo dicens. pax erit michi.
et ambulabo in prauitate cordis mei. Assu
mat ebria sitientem. et dñs non ignoscat qꝫ?
sed tunc quam maxime furor eius fureet et
zelus contra hominem illum. et sedeant sup
eū omnia maledicta que scripta sunt in hoc
uolumine? et deleat nomen eius sub celo.
et consumat eum in p̄ditionē ex omnibus
tribubꝫ isrl̄? iuxta maledictiones que libro
legis huius ac federis continentur?

Dicitqꝫ sequens generatio. et filij qui nas
centur d̄inceps. et peregrini qui delon
ge uenerint. uidentes plagas terre illius et
infirmittates quibus eam afflixerit dñs. solis
ardore et sulphure comburens. ita ut ult
non seriatu? nec uirēs quippiam germinet
in exemplum subuersionis sodomę et gomor

re adame. et seboim. qual subuerat dñs in ira ^{et in} furore sup' et dicent omnes gentes. Quare sic fecit dñs terre huic. Que e' hec ira furoris eius immensa. Et respondebunt. Quia dereliquerunt pactum dñi quod pepigit cum patrib' eorum quando eduxit eos de terra egypti. et seruerunt dys alienis. et adorauerunt eos quos nesciebant. et quibus non fuerant attributi. Idcirco natus est dñs contra terram istam. ut induceret sup' eam omnia maledicta que in hoc uolumine sc'pta sunt. et eiecit eos de terra sua in ira et in furore et in indignatione maxima.

Proiecitq; in terram aliena' sicut hodie comprobatur. abscondita a dño deo nro que manifesta sunt nobis et filijs nris usq; in etnum. ut faciam' uniu'sa legis huius. Cu' g' uenerint sup' te omnes sermones isti. benedictio siue maledictio quam p'posui in conspectu tuo. et ductus penitidine cordis tui in uniu'sis gentibus in quas dispersit te dñs deus tuus. reuersus fueris ad eum. et obediens eius impijs sicut hodie p'cepti tibi cu' filijs tuis in toto corde tuo et in tota anima tua. reducet te dñs d's tuus de captiuitate tua et miseretur tui. et rursus congregabit te de cunctis populis in quos te antea disperserat. Si ad cardines celi fueris dissipatus. inde te reuertet dñs d's tuus. et assumet atq; introducet in terram quam possederunt patres tui. et obtimebis eam. et benedicens t' maioris numeru' ee' te faciet quam fuerunt patres tui. Circumcidet dñs d's cor tuum et cor seminis tui. ut diligas dñm deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua. ut possis uiuere. Om's aut' maledictiones has conuertet sup' inimicos tuos et eos qui oderunt te et p'secunt'. tu aut' reuerteris et audies uocem dñi dei tui. et facies uniu'sa mandata que ego precipio t' hodie. et habundare te faciet dñs in cunctis opibz manuum tuarum in sob'le ueri tui. et in

fructu uimentorum tuorum. et in ubertate terre tue. et in rerum omnium largitate. Reuertetur enim dñs ut gaudeat sup' te in omnibus bonis sicut gauisus est patribz tuis. si tamen audieris uocem dñi dei tui. et custodieris precepta eius et cerimonias que in hac lege conscripta sunt. et reuertaris ad dñm deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua. Mandatum hoc quod ego p'cipio tibi hodie non supra te e'. neq; p'cul positum. nec in celo situm. ut possis dicere. quis nrm ad celum ualet conscendere. ut deferat illud ad nos et audiamus. atq; ope compleamus. neq; trans mare positum. ut causeris et dica'. quis e' nobis transiretate poterit mare. et illud ad nos usq; deferre. ut possimus audire et facere quod preceptum est.

Sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo et in corde tuo. ut facias illum.

Confidera quod hodie p'posuerit in conspectu tuo uitam et bonum. et e contrario morte' et malum. ut diligas dñm deum tuum et ambules in uis eius. et custodias mandata illius et cerimonias atq; iudicia. et uiuas et multiplicet te. et benedicat tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. Sin autem au'sum fuerit cor tuum et audire nolueris. atq; errore deceptus adoraueris deos alienos et serueris eis. predico tibi odie qd' peas. et paruo tempore morieris in terra ad quam iordane transi'sso ingredieris possidendam. Testes inuoco hodie celum et terram quod p'posuerim uobis uitam et bonum. benedictionem et maledictionem. Elige g' uitam ut et tu uiuas et semen tuum. et diligas dñm d'm tuum. atq; obediens uoci eius et illi ad heretas. Ipse enim uita tua. et longitudo dierum tuorum. ut habites in terra p' quam iurauit dñs patribz tuis abraham ysaacet iacob ut daret eam illis.

Abijt itaq; moyses et locutus est omnia
uerba hec ad uniuersum isrl' et dixit ad
eos. Centum uiginti annorum sum hodie n̄
possum ultra egredi et ingredi / presertim cū
dn̄s dixerit michi. Non transibis iordanem
istum. dn̄s ḡ deus tuus transibit ante te / ip
se delebit omnes gentes has in conspectu tuo
et possidebis eas. Et iosue iste transibit ante te /
sicut locutus ē dn̄s. Et faciet eis dn̄s sicut
seon. et og. regibus amorreorum et terre eor' /
delebitq; eos. Cum ḡ et hos tradiderit uobis /
simuliter facietis eis sicut precepi uobis. Vi
rilter agite et confortamini / nolite timere
nec pauceatis ad conspectū eor' quia dn̄s deus
tuus ipse est ductor tuus. et non dimittet
neq; derelinquet te.

Locutusq; moyses iosue et dixit ei coram
omni isrl'. Confortare et esto robustus /
Tu enim intro dices populum istum ad ter
ram quam daturum se iurauit patrib; corū
dn̄s. et tu forte diuides eam / et dn̄s qui duc
tor est uester ipse erit tecum / non dimittet
nec derelinquet te. Noli timere / nec pauceas.
Sēpsit itaq; moyses legem hanc. et tradidit
eam sacerdotibus filiis leui qui portabant
archam federis dn̄i et cunctis senioribus
filiorum isrl' / precepitq; eis dicens. Post sep
tem annos anno remissionis in sollempni
tate tabnaculorum conuenientib;

filiis isrl' ut appareant in conspectu dn̄i
dei tui in loco quem elegerit dn̄s / leges uer
ba legis huius coram omni isrl' audientib;
eis et in unum omni poplo congregato
tam uiris quam mulierib; paruulis et ad
uenis qui sunt intra portas tuas / ut audi
entes discant et timeant dn̄m dñm ur̄m. et
custodiant impleantq; omnes sermones
legis huius / filij quoq; eorum qui nunc ig
norant audire possunt et timeant dn̄m
deum suum cunctis dieb; q̄b; uersant in t̄ra

ad quam uos iordane transmissio p̄ḡris pos
sidendam.

Et ait dn̄s ad moysen. Ecce p̄pe sunt dies
mortis tue. Iloca iosue et stete in tabnaclo
testimony ut p̄cipiam ei. Abierunt ḡ moysē
et iosue et steterunt in tabnaclo testimony.
Apparuitq; ibi dn̄s in columpna nubis que
stetit in introitu tabnaculi.

Quarta dn̄s ad moysen. Ecce tu dormies cum
patribus tuis / et populus iste conuergens
fornicabitur post deos alienos in terra ad
quam ingredietur et habitabit in ea. Ibi der
linquet me et irritum faciet fedus quod p̄pigi
cum eo / et nascetur furor meus contra eum in
die illo / et derelinquam eum. et abscondam fa
ciem meam ab eo / et erit in deuotionem. Inue
niet eum omnia mala et afflictiones / ita ut
dicat in illo die. Here quia non est deus meū /
inuenierunt me hec mala. Ego autem abscon
dam et celabo faciem meam in die illo p̄pter
omnia mala que fecit / quia sequutus est deos
alienos. Hunc itaq; scribita uob canticum istud
et docete filios isrl' ut memoriter teneant et
ore decantent / et sit michi carmen istud pro
testimonio inter filios isrl'. Introducam cū
in terram p̄ qua iuravi patribus eius lacte
et melle manantem. Cumq; comederint et
saturati crassi q; fuerint. auerterunt ad deos
alienos et seruiert eis / et detrahent michi
et irritum facient pactum meū. Postquā
inuenierint eum mala multa et afflictiones /
respondet ei canticum istud p̄ testimonio
quod nulla delectit obliuio ex ore seminis
tui. Scio enim cogitationes eius que factur'
sit hodie / antequam introducam eū in t̄rā
quam ei pollicitus sum.

Sēpsit ḡ moyses canticum / et docuit filios
isrl'. Precepitq; iosue filio nr̄m / et ait.
Confortare et esto robustus. Tu enim introdu
ces filios isrl' in terram quam pollicit' sum.

et ego ero tecum. Postquam g̃ sc̃p̃ sic moyses
uerba legis huius in uolumine atq; cōpleuit.
p̃cepit leuitas qui portabant arcam federis
dñi dicens. Tollite librum istum et ponite e
um in latere arche federis dñi dei ur̃i. ut sit
ibi contra te in testimonium. Ego enim scio
contentionem tuam. et ceruicem tuam du
rissimam. Adhuc enim uiuente me et ingre
dicite uobcum. semp̃ contentiose egistis con
tra dñm. quanto magis cum mortuus fuerit.
Congregate ad me omnes maiores nati p
tribus uias atq; doctores. et loquar audien
tibus eis sermones istos. et inuocabo cont̃
eos celum et terram. Noui enim quod post
mortem meam inique ageris. et declinabitis
cito de uia quam precepi uobis. et occurrent
uob̃ mala in extremo tempore quando fecer
itis malum in conspectu dñi. ut irascaris
eum p̃ opa manuum ur̃arum. Locutus est xxxij
g̃ moyses audiente uniuerso cœtu isrl̃ uerba
carminis huius. et ad finem usq; compleuit.

Audite celi que loquor. audiat
terra uerba oris mei. **C**oncresecat in
pluuiam doctrina mea. fluat ut ros eloqui
um meū. quasi imber sup̃ herbam et quasi
stille sup̃ gramina. quia nomen dñi inuoca
bo. **O**ate magnificentiam deo nr̃o. dei p̃fecta
sunt opa. et omnes uie eius iudicia. **D**s̃ fide
lis et absq; ulla iniquitate. iustus et rectus.
peccauerunt ei et non filij eius in sordib̃. **G**e
neratio praua atq; puerfa. ecce reddis dño
popl̃e stulte et insipiens. **N**umquid n̄ ipse
est pater tuus. qui possedit et fecit et creauit
te. **M**emento dierum antiquorū. cogita ge
nerationes singlas. **I**nterroga patre tuum
et annuntiabit tibi. maiores tuos et dicet
tibi. **Q**uando diuidebat altissimus gentes.
quando separabat filios adam. constituit
terminos populorum iuxta numerum fili
orum isrl̃. **P**ars aut dñi populus eius. iacob

finiuelis hereditatis eius. **I**nuenit eum in ter
ra deserta. in loco horrois et uaste solitudi
nis. **C**ircumduxit eum et docuit. et custo
diuit quasi pupillam ocli sui. **S**icut a qui
la prouocans ad uolandum pullos suos. et
sup̃ eos uolitans. expandit alas suas et
assumpsit eum. atq; portauit in humeris suis.
Dns̃ solus dixit eius. et non erat cum eo
d̃s̃ alienus. **C**onstituit eum sup̃ excelsam
terram. ut comederet fructus agrorū. et fu
geret mel de petra. oleumq; de saxo durissimo.
butyrum de armento et lac de ouibus cum
adipe agnorum et arietum filiorum basay.
et hircos cum medulla tritici. et sanguinem
uiuē biberet meracissimum. **I**ncrassatus
est dilectus et recalcitrauit. incrassatus. im
pinguatus dilatatus. **D**ereliquit dñm facto
rem suum. et recessit a deo saluati suo. **P**ro
uocauerunt eum in dys alienis. et in abhomi
nationib; ad iracundiam concitauerunt. **I**mo
lauerunt demonijs et non deo. dys quos ig
norabant. **N**oui recentes q; uenerunt. q̃s
non coluerunt patres eorum. **O**m̃ qui te
genuit dereliquisti. et oblitus es dñi crea
toris tui. **V**idit dñs et ad iracundiam con
citatus est. quia puocauerunt eum filij sui
et filie. **E**t ait. abscondam faciem meā ab
eis. et considerabo nouissima eorū. **G**enera
tio enim puerfa est. et infidels filij. **I**psi
me puocauerunt in eo qui non erat d̃s. et ir
ritauerunt in uanitatibus suis. et ego pro
uocabo eos in eo qui non ē populus. et in
gente stulta irritabo illos. **I**gnis succens
est in furore meo. et ardebit usq; ad infer
ni nouissima. **D**euorabitq; terram cum ger
mine suo. et montium fundamenta com
buret. **C**ongregabo sup̃ eos mala. et sagit
tas meas complebo in eis. **C**onsumentur
fame. et deuorabunt eos aues morsu ama
rissimo. **D**entes bestiarum munitā meo.

cum furore trahentium sup terram atq; ser-
 pentium. **F**oris uastabit eos gladius et
 intus pauor: iuuenem simulacuriginē
 ludentem cum homine sene. **U**bi nā
 sunt? cessare faciam ex hominib; memori-
 am eorum. **S**ed propter iram inimicorū
 distuli: ne forte supbrent hostes eorum
 et dicerent. **M**anus irā excelsa: et non dñs
 fecit hec omnia. **G**eus absq; consilio et sine
 prudentia: utinam sāperent et intellige-
 rent ac nouissima prouiderent: quom p
 sequitur unus mille: et duo fugent
 decem milia. **N**onne ideo quia dñs suus
 uendit eos? et dñs concludit illos? **N**on
 enim est dñs hostes ut dy eorum: et inimici
 nostri sunt iudices. **D**e uinea sodomorū
 uinea eorum: et de suburbanis gomorre.
Vua eorum uua fellis: et botri amarissimi.
Fel draconum unum eorum: et uenenum
 aspidum insanabile. **N**onne hec condita
 sunt apud me. et signata in thesauris me-
 is? **M**ea est ultio et ego retribuam eis in tē-
 pore: ut labatur pes eorum. **I**uxta ē dies
 pditionis: et ad ex festinant tempora. **I**u-
 dicabit dñs populum suum: et in seruis
 suis miseretur. **V**idebit quod infirma-
 ta sit manus: et clausi quoq; defecerunt:
 residuiq; consumpti sunt. **E**t dicent: **U**bi
 sunt dy eorum in quibus habebant fidu-
 ciam? **D**e quorum uictimis comedebant
 adipēs: et bibebant unum libammum.
Surgant et optulerunt uobis: et in neces-
 sitate uos ptegant. **V**idete quod ego sim
 solus: et non sit alius dñs pte me. **E**go
 occidam et ego uiuere faciam: pccatiam
 et ego sanabo: et non est qui de manu
 mea possit eruere. **L**euabo ad celū ma-
 nū meam: et dicam uiuo ego in eternū.
Si aciero ut fulgur gladium incum: et
 arripuerit iudicium manus mea: reddā

ultionem hostibus meis. et his qui odert
 me retribuam. **I**nebria bo sagittas meas
 sanguine: et gladius meus deuorabit car-
 nes: **D**e cruore occisorum et de captiuita-
 te nudati inimicorū captas. **L**audate gen-
 tes populum eius. quia sanguine seruoꝝ
 suorum ulciscet: et uindictam retribuet
 in hostes eorum: et ppius erit terre ppli
 sui. **V**enit g moyses et locutus ē omnia
 uerba cantici huius in aurib; popl: ipse et
 iosue filius num. **C**ompleuit omnes ser-
 mones istos loquens ad unūsum isrl: et dixit
 ad eos. **P**onite corda urā in omnia uerba hec
 que ego testificoꝝ uobis hodie: ut mandetis
 ea filijs uris custodire et facere et implere
 unūsa que scripta sunt in uolumine legis
 huius: quia non incassum pcepta sunt uob.
 sed ut singli in eis uiuerent: que facientes
 longo pseueretis tempore in terra ad quā
 iordane transmisso ingredimini possiden-
 dam.

Locutusq; ē dñs ad moysen in eadem die
 dicens: **A**scende in montem istum abarim:
 id est transiitum in montē uebo. qui est in
 terra moab contra ihericho: et uide terram
 chanaan quam ego tradam filijs isrl opte-
 nendam: et mouere in monte quem conscen-
 dens iungēris populis tuis. sicut mortui
 us ē aaron frater tuus in monte hor: et ap-
 postus populus suus: quia preuicatus est
 contra me in medio filioꝝ isrl ad aquas
 contradictionis in chades deserta sin: et nō
 sanctificasti me inter filios isrl. **E**contra
 uidebis eam: et non ingredieris in eā
 quam ego dabo filijs isrl. **xxxiiij.**

Hec est benedictio qua benedixit moyses
 homo dei filijs isrl ante mortē suam.
 et ait. **D**ñs de syna uenit: de seyr ortus ē
 nobis. **A**pparuit de monte pharan: et cū
 eo scōꝝ milia. **I**n dextera eius ignea lex

peluit eum in ualle terre moab contra pho-
gor: et non cognouit homo sepulchrum eius
 in nemore quod est in rama hastam manu-
 tenens: cunctiq; serui eius circumstarent
 eum: ait ad seruos suos qui assistebant ej.
 Audite me filij gemini. Numquid omib;
 uobis dabit filius ysai. agros et uineas:
 et uniuersos uos faciet tribunos et centuri-
 ones: qm̄ conuastis omnes aduersū me:
 et non est qui michi renuntiet. maxime
 cum et filius meus fedus iunxerit cū filio
 ysai: Non est qui uicē meam doleat exuo-
 bis: nec qui annuntiet michi: eo quod sus-
 citauerit filius meus seruum meum aduer-
 sum me insidiantem michi usq; hodie.

Respondit autem doech ydumeus
 qui assistebat. et erat primus inter ser-
 uos saul: uidi inquit filium ysai in nobe
 apud achimelech filium achitob. Et consu-
 luit p̄ eo dnm̄: et cibaria dedit ej: sed et gla-
 dium galiath philisti dedit illi. Misit ḡ
 rex ad accersendū achimelech filium achi-
 tob sacerdotē: et omnem domum patris eius
 sacerdotum qui erant in nobe: Qui uenerūt

uniuē ad regem. Et ait saul. Audi fili achitob.
 Qui respondit. Presto sum dñe. Dixitq; ad
 eū saul. Quare conuastis adūsum me tu
 et filius ysai. et dedisti ei panes et gladiū:
 et consulisti p̄ eo dnm̄. ut confurgeret ad
 ūsum me insidiator usq; hodie p̄manens.
 Respondensq; achimelech regi ait. Et quis
 in omnibus seruis tuis sicut dauid fidelis.
 et gener regis. et p̄gens ad impium tuum
 et glosus in domo tua. Num hodie cepi
 p̄ eo consulere dnm̄. Absit hoc a me. Ne sus-
 picetur rex aduersus seruum suum rem
 huiusmodi: in uniuēsa domo patris mei.
 Non enim scūt seruis tuis quicquam sup
 hoc negocio: uel modicum uel grande. Dix-
 q; rex. Morde moueris achimelech: tu et om-
 nis domus patris tui. Et ait rex emissarijs
 qui circumstabant eum. Conuertimini et m̄
 fitee sacerdotes dñi. Nam manus corū cū dauid
 est: scientes quod fugisset et non indicaue-
 runt michi. Noluerunt autem serui regis
 extendere manum suam in sacerdotes dñi.
 Et ait rex ad doech. Conuertere tu. et irue
 in sacerdotes. Conūsus q; doech ydumeus
 irruit in sacerdotes: et trucidauit in die il-
 la octoginta quinq; uiros uestitos ephod
 lineo. Hobe autem ciuitate sacerdotum p̄ci-
 sit in ore glady: uiros et mulieres. paru-
 los et lactentes. bouem et asinum et ouem
 in ore glady. Euadens autem unus fili-
 achimelech filij achitob. cuius nomen erat
 abiathar fugit ad dauid: et annuntiavit
 ei quod occidisset saul sacerdotes dñi. Et
 ait dauid ad abiathar. Sciebam in illa die
 quod cum ibi eēt doech ydumeus: p̄culdu-
 bio annuntiaret sauli. Ego sum reus om-
 um aīarū dom̄ patris tui. Mane mecū ne-
 timeas. Si quis quefierit animam meam.
 queret et animam tuam: mecūq; seruabis.

Et nunciauerunt dauid dicentes **xviii**

Ecce philistinim expugnant ceila. et diripi
unt areas. Consuluit g̃ dauid dñm dicens.
Num uadam et pecciam philisteos istos.
Et ait dñs ad dauid. Vade et peccies phi
lsteos. et saluabis ceila. Et dixerunt uiri
qui erant cum dauid ad eum. Ecce nos
hic in iudea consistentes timemus. qñ
to magis si uerimus in ceila aduersum ag
mina philistinorū. Rursum g̃ dauid cō
suluit dñm. Qui respondens ei ait. Surge
et uade in ceila. ego enim tradam philiste
os in manu tua. Abijt dauid et uiri eius
in ceila et pugnauit adūsum philisteos.
et abegit iumenta eorum. et percussit eos
plaga magna. et saluauit dauid habita
tores ceyle. Porro eo tempore quo fugie
bat abyathar filius achimelech ad dauid
in ceila. ephod secum habens. descenderat.
Nunciatum est autem saul quod uenisset
dauid in ceila. Et ait saul. Tradidit eū dñs
in manus meas. conclususq; est. intro
gressus. urbem in qua porta et serg̃ f̃.
Et precepit saul omni populo ut ad
pugnam descenderet in ceila. et obfide
ret dauid et uiros eius. Quod cum resal
set dauid quod p̃pararet ei saul clam ma
lum. dixit ad abyathar sacerdote. Appli
ca ephod. Et ait dauid. Dñe d̃s isrl̃ audi
ut famam seruis tuis quod disponat
saul uenire ad ceila. ut euertat urbē p̃p̃
me. Si tradent me uiri ceyle in manus ei.
et si descendet saul sicut audiuit seruis
tuis. dñe d̃s isrl̃ indica seruo tuo. Et ait
dñs. Descendet. Dixitq; dauid. Si tradent
uiri ceyle me et uiros meos qui meū sunt
in manus saul. Et dixit dñs. Tradent. Sur
rexit g̃ dauid et uiri eius quasi sexcenti.
et egressi de ceila. huc atq; illuc uagaban
tur incerti. Nunciatumq; ē saul quod fu
gisset dauid de ceila. Quamobrem dissimu

lauit exire. Morabatur autem dauid in desert
to in locis firmissimis. mansitq; in monte
solitudinis ziph. Querebat tam cum saul
cunctis diebus. et non tradidit eum d̃s in
manus eius. Et uidit dauid quod egress
et saul. ut quereretur animam eius.

Porro dauid erat in deserto ziph in silua.
Et surrexit ionathas filius saul et abiit
ad dauid in silua. et confortauit manus ei
in deo. Dixitq; ei. Ne timeas. Neq; enim
ueniet te manus saul patris mei. Et tu reg
nabis sup isrl̃. et ego ero tibi sads. Et sa
ul pater meus scit hoc. Percussit g̃ utiq; fe
dus coram dño. Man sit dauid in silua. io
nathas autem reuersus est in domū suam.
Ascenderunt autem ziphij ad saul in gabaa
dicentes. Nonne ecce dauid latitat apud nō
in locis tutissimis silue in colle achile q̃
est ad dexteram deserti. Hunc g̃ sicut desi
derauit anima tua ut descenderes descende
rīm autem erit ut tradamus eum in man
regis. Dixitq; saul. Benedicti uos dño. quia
doluistis uicem meam. Abite g̃ et diligenti
p̃parate et curio sius agite. et considerate lo
cum ubi sit pes eius. uel quis uiderit eum
ibi. Recogitat enim de me. quod callide mihi
dicit ei. Considerate et uidece omnia latitu
la eius in quib; absconditur. et reuertam ad
me ad rem certam ut uadam uobiscum. Qd̃
si etiam in terra se abstruxerit. p̃seruta
bor eum in cunctis milibus iuda. At ubi sur
gentes abierunt in ziph ante saul. Dauid
autem et uiri eius erant in deserto maon
in campestribus. ad dexteram iesimoth.
Iuit g̃ saul et socij eius ad querendū eum.
et nunciatum ē dauid. Statimq; descendit
ad pecciam. et uersabatur in deserto maon.
Quod cū audiret saul. p̃secut̃ ē dauid in deserto maon.
Et ibat saul ad latus montis ex parte una.
dauid autem et uiri eius erant in latere mo

139
tis ex parte altera. Porro dauid desperabat se
posse euadere a facie saul. Itaq; saul et uiri
eius in modum corone cingebant dauid. et
uiros eius sic capere eum. Et nuntius uenit
ad saul dicens. festina et ueni qm infude
runt se philistinim sup terram. Reuersus e
g saul desistens psequi dauid: et prexit in
occursum philistinorum. Propter hoc uoca
uerunt locum illum petram diuidentem.

Ascendit g dauid inde: et habi
tauit in locis tuncissimis engaddi. Cumq;
reuersus eēt saul postquam psecutus est
philisteos: nunciauunt ei dicentes. Ecce
dauid in deserto e engaddi. Assumens g sa
ul tria milia electorum uirozum ex omi isrl
prexit ad inuestigandum dauid et uiros ei:
etiam sup abruptissimas petras que solis
ibicibus pnie sunt: et uenit ad caulas ou
um que se offerebant uiant. Eratq; ibi
spelunca quam ingressus est saul ut pur
garet uentrem. Porro dauid et uiri eius:
in interiori parte spelunce latebant. Et dix
erunt serui dauid. Ecce dies de qua locut
est dñs ad te. ego tradam tibi inimicum tuum:
ut facias ei quod placuerit in oculis tuis.
Surrexit g dauid: et pcedit oram clamidis
saul silenter. Post hec percussit cor suum dauid:
eo quod abscidisset oram clamidis saul. Dix
q; ad uiros suos. Propicius sit michi dñs
ne faciam hanc rem dño meo xpo dñi. ut
mittam manum meam in eum: qm xpc dñi e.
Vult dñs quia nisi dñs percussisset eum. aut
dies ueniret ut moriatur. aut descendens
in plio pterit. ppicius sit michi dñs ne
mittam manum meam in xpm dñi. Et
confregit dauid uiros suos sermonibus:
et non pmissit eos ut confurgerent in saul.
Porro saul exurgens de spelunca: pgebat
cepso tanere. Surrexit autem et dauid post
eum: et egressus de spelunca clamauit p

tergum saul dicens. Dñe miserere. Et respex
saul post se: et inclmans se dauid. pnuus in
terram adorauit. Dixitq; ad saul. Quare au
dis uerba hominū loquentium: dauid que
rit malum aduersum te. Ecce hodie uiderit
oculi tui quod tradiderit te dñs in manu
mea in spelunca ut occiderē
te: sed pepercit t' oculis meis. Dixi enim non
extendam manum meam in dño meo: quia
xpc dñi est. Quin potius pater mi uide et
cognosce oram clamidis tue in manu mea:
qm cum pcederem summitate clamidis
tue. nolui extendere manum meam in te.
Animaduerte et uide qm non e in manu
mea malum neq; iniquitas: neq; pecca
ui in te. Tu autem insidiaris anime mee:
ut auferas eam. Iudicet dñs int me et te:
et ulciscat me dñs exte. Van aut mea nō sit
inte: sicut et in puerbio anti quo dicit
Ab impijs egredietur impietas. Manus g
mea non sit in te. Quem psequeris rex isrl
quem psequeris: Canem mortuum psequer
ris et pulicem unū. Sit iudex dñs et iudicet
inter me et te: et uideat et iudicet causam
meam et eruat me de manu tua. Cū autē
complexset dauid loqui sermones huius
cemodi ad saul: dixit saul. Numquid uox
tua hec e fili mi dauid. Et leuauit uocem
suam et fleuit. Dixitq; ad dauid. Justior tu
es quam ego. Tu enim tribuisti michi bo
na: ego autem reddidi tibi mala. Et tu
iudicasti michi hodie que feceris michi bona:
quomodo tradiderit me dñs in manu tua
et non occideris me. Quis enim cum inue
nerit inimicum suum: dimittet eum in uia
bona. S; dñs reddat tibi uicissitudinē hāc:
p eo quod hodie opatus es in me. Et nē
quia scio quod certissime regnaturus sis:
et habiturus in manu tua regnum isrl iu
ra michi in dño ne deleas semen meū p me.

neq; auferas nomen meum de domo patris
mei. Et uniuersus dauid saul. Abiit ergo saul
in domum suam: et dauid et uiri eius as-
cenderunt ad tutiora loca. *x x v.*

Mortuus est autem samuel: et congregatus
est uniuersus israhel et plauerunt eum.
et sepelierunt eum in domo sua in rama
thā. Consurgens quoque dauid: descendit in de-
sertum pharan. Erat autem uir qui spira
in solitudine maoy: et possessio eius in
carmelo: et homo ille magnus nimis.
Erantque ei oues tria milia: et nulle capre.
Et accidit ut tonderetur grex eius in car-
melo. Nomen autem uiri illius erat nabal: et
nomen uxoris eius abigail: fratque mulier
illa prudentissima et speciosa. Porro uir
eius durus et pessimus: et maliciosus.
Erat autem de genere caleph. Cum ergo au-
disset dauid in deserto quod tonderet na-
bal gregem suum: misit decem iuuenes
et dixit eis. Ascendite in carmelum et ue-
nietis ad nabal: et salutabitis eum ex no-
mine meo pacifice. et dicetis sic. Sit frater
meus et tibi pax. et domui tue: et omnibus
quecumque habes sit pax. Audiui quod ton-
derent pastores tui gregem: qui erant nobis
cum in deserto. Nunquam eis molesti fu-
imus: nec aliquando defuit eis quicquam
de grege: omni tempore quo fuerunt nobis
cum in carmelo. Interroga pueros tuos:
et indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant
pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim
bona uenimus. Quodcumque inuenierit
manus tua da seruis tuis: et filio tuo dō.
Cumque uenissent pueri dauid loquuti sunt
ad nabal omnia uerba hec ex nomine dauid:
et filierunt. Respondens autem nabal
pueris dauid ait. Quis est dauid. et quis
est filius ysai. Hodie increuerunt serui
qui figunt dominos suos. Tollam ergo panes

medea aqua mea: et carne pecorum que occidi in for-
bus meis: et dabo uiris quos nescio unde
sunt. Regressi sunt itaque pueri dauid ad
eum per uiam suam: et reuersi uenerunt et
nuntiauerunt ei omnia uerba que dixerat.
Tunc dauid ait uiris suis. Accingat unus
quisque gladio suo. Et accincti sunt singuli
gladio suo. Accinctus quoque est et dauid ense suo:
et sequuti sunt dauid quasi quadringenti
uiri. Porro ducenti remanserunt ad latram.
Abigail autem uxori nabal nuntiavit un-
de pueris dicens. Ecce misit dauid nuncios
de deserto ut benedicerent domino nostro: et au-
satus est eos. Homines isti boni facti fuerunt
nobis et non molesti: nec quicquam omnino
perijt aliquando omni tempore quo sumus
conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant
nobis tam in nocte quam in die: omnibus
diebus quibus pauius apud ipsos greges.
Quamobrem considera et recogita quid fa-
cias: quoniam completa est malicia aduersum uirum
tuum et aduersum domum tuam: et ipse filius
est behai: ita ut nemo ei possit loqui.

Astinuit ergo abigail et tulit ducentos pa-
nes: et duos utres uini. et quinque arietes
coctos: et quinque sata polentę: et centum liga-
turas uue passe: et ducentas massas cari-
carum: et inposuit super asinos: dixitque pue-
ris suis. Pecedite me: ecce ego post tergum
sequar uos. In uero autem suo nabal non in-
dicauit. Cum ergo ascendisset asinum. et de-
scenderet ad radicem montis: dauid et uiri
eius descendebant in occursum eius. Quibus
et illa occurrit. Et ait dauid. Vere frustra
seruaui omnia que huius erant in deserto:
et non perijt quicquam de cunctis que ad
eum pertinebant: et reddidit michi malum
pro bono. Hec faciat deus inimicis dauid et
hec addat: si reliquero de omnibus que ad
eum pertinent usque mane inigentem ad parietem

Cum autem in disset abigail dauid / festina-
 uit et descendit de asino / et procidit coram dno
 sup faciem suam et adorauit sup terram / et
 cecidit ad pedes eius et dixit / In me sit dne
 mi hoc iniquitas / Loquatur obsecro ancilla
 tua in auribus tuis / et audi uerba famule tue
 Ne ponat obsecro dns ms rex cor suum sup
 uerum istum iniquum nabal / qui secundum nom-
 inum stultus e / et e stulticia cum eo / Ego
 autem ancilla tua non uidi pueros tuos dne mi /
 quos misisti / Hunc g dne mi uiuit dns et
 uiuit anima tua / qui phibuit te ne uenires
 in sanguinem / et saluauit manum tuam tibi /
 et nunc fiant sicut nabal inimici tui et qui
 querunt dno meo malum / Quapropter sus-
 cipe benedictionem hanc quam attulit ancil-
 latus tibi dno meo / et da pueris tuis qui se-
 cuntur te dnm meum / aufer iniquitatem famu-
 le tue / faciens enim faciet dns tibi dno meo
 domum fidelem / quia pna dni tu dne mi pna-
 ris / Malicia g non inueniatur in te omnibus
 diebus uite tue / Si enim surrexerit aliquando
 homo psequens te et querens animam tuam /
 erit anima dni mei custodita quasi in fasci-
 culo uiuentium apud dnm deum tuum / Porro
 anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in
 impetu et circulo funde / Cu g fecerit tibi
 dominus domino meo omnia que lo-
 quutus e bona de te / et constituerit te regem
 sup isrl / non erit tibi hoc in singulum et
 in scrupulum cordis dno meo / quod effude-
 ris sanguinem innoxium / aut ipse te ultus fueris
 Cum bene fecerit dns domino meo / recorda-
 beris ancille tue / Et ait dauid ad abigail / Be-
 nedictus dns ds isrl qui misit te hodie in
 occursum meum / et benedictum eloquium tuum /
 et benedicta tu que phibuisi ne irem ad san-
 gumem / et ulciscerer me mea manu / Alio-
 quin uiuit dns ds isrl qui phibuit me
 malum facere tibi / nisi cito uemisses / in oc-

cursum michi / non remansisset nabal usq;
 ad lucem matutinam mingens ad parietem
 Suscepit g dauid de manu eius omnia que
 attulerat dixitq; ei / Vade pacifice in domum
 tuam / Ecce audiui uocem tuam / et honora-
 ui faciem tuam / Venit autem abigail ad
 nabal / et ecce erat ei conuiuium in domo eius
 quasi conuiuium regis / et cor nabal iocun-
 dum / erat enim ebrius nimis / Et non indi-
 cauit ei uerbum pusillum aut grande usq;
 mane / Duclis autem cum digessisset unum
 nabal / indicauit ei uxor sua uerba hec / et e-
 mortuum e cor eius intrinsecus / et factus e
 quasi lapis / Cumq; ptransissent decem dies /
 percussit dns nabal et mortuus est / Quod cu
 audisset dauid mortuum nabal / ait / Benedi-
 ctus dns qui iudicauit causam obprobrii
 mei de manu nabal / et seruum suum custo-
 diuit a malo / et maliciam nabal reddidit do-
 minus in caput suum / *xxvi.*



Misit g dauid et locutus e ad abigail / ut
 sumeret eam sibi in uxorem / Et uenerunt
 pueri dauid ad abigail in carmelum / et locu-
 ti sunt ad eam dicentes / Dauid misit nos ad
 te / ut accipiat te sibi in uxorem / Que con-
 surgens adorauit pna in terra et ait / Ecce
 famula tua sit in ancillam / ut lauet pedes
 seruorum dni mei / Et festinauit et surrexit
 abigail et ascendit sup asinum / et quinque
 puelle ierunt cum ea pediseque eius / et secu-
 ta est nuncios dauid / et facta est illi uxor / Sz
 et achinoen accepit dauid de ierusalem / et fuit
 utraq; uxor eius / Saul autem dedit michol
 filiam suam uxorem dauid phati filio lais /
 qui erat de gallim /



E t uenerunt zipheri ad saul in gabaad dicen-
 tes / Ecce dauid absconditus est in colle
 achil / que est ex aduerso solitudinis / Et sur-
 rexit saul et descendit in desertum ziph / et cum
 eo tria milia uirorum de electis isrl / ut quere-

ret dauid in desertum ziph. Et castrametatus
est saul in gabaath achis que est ex aduerso
solitudinis in uia. Dauid autem habitabat
in deserto. Videns autem quod uenisset saul
post se in desertum: misit exploratores et di-
dit quod huc uenisset cerassime. Et surrexit
dauid et uenit ad locum ubi erat saul. Cumque
uidisset locum in quo dormiebat saul et
abner filius ner princeps milicie eius: saul
dormientem in tentorio. et reliquum uulgum
in circuitu eius: ait dauid ad achimelech
et cheum. et abysai filium saruie fratris ioab
dicens. Quis descendet mecum ad saul in
castra? Dixitque abysai. Ego descendam tecum.
Venerunt ergo dauid et abysai ad populum
nocte: et inuenerunt saul iacentem et
dormientem in tentorio. et hastam fixam
in terra ad caput eius: abner autem et populum dormientem in
circuitu eius. Dixitque abysai ad dauid. Concluserunt dominus
hodie inimicum tuum in manu tua. Hec ergo proferat tibi
lancea in terra semel: et secundo opus
non erit. Et dixit dauid ad abysai. Hec in-
terficias eum. Quis enim extendet manum
suam in christum domini et innocens erit. Et dixit
dauid. Vivit dominus quia nisi dominus percussisset
eum. aut dies eius ueniret ut moriatur:
aut in prelium descendens periret: propicius
sit michi dominus ne extendam manum meam
in christum domini. Hunc ergo tolle hastam que est
ad caput suum et scyphum aque: et abeam.
Tulit ergo dauid hastam et scyphum aque
qui erat ad caput eius: et abierunt. Et non
erat quisquam qui uideret et intelligeret
et cingularet: sed omnes dormiebant: quia
sopor domini irruerat super eos. Cumque transis-
set dauid ex aduerso et stetit in uertice
montis delonge: et esset grande struallum
inter eos: clamauit dauid ad populum. et ad
abner filium ner dicens. Homine respon-
debis abner. Et respondens abner ait. Quis

es tu qui clamas et inquietas regem. Et ait
dauid ad abner. Numquid non uir tuus est
qui est altus similis tui in israhel. Quare ergo non
custodisti dominum tuum regem. Ingressus est enim
unus de turba: ut interficeret regem
domini tuum. Non est bonum hoc quod fecisti.
Vivit dominus quoniam filii mortis estis uos: qui non
custodistis dominum uirum christum domini. Hunc ergo uide
ubi sit hasta regis: ubi scyphus aque qui erat
ad caput eius. Cognouit autem saul uocem ad
et dixit. Num uox tua hec est fili mi dauid. Et
dauid. Vox mea est domine mi rex. Et ait. Quam ob
causam dominus meus persequitur seruum suum.
Quid feci: aut quod est in manu mea malum.
Nunc ergo oro audi domine mi rex. uerba ser-
uitui. Si dominus incitat te ad uisionem meam odoratum
sacrificium. Si autem filii hominum: ma-
ledicti sint in conspectu domini qui eiecerunt
me ne habitem in hereditate domini dicentes.
Habe seruum dylis alienis. Et nunc non effundatur
sanguis meus in terram coram domino:
quia egressus est rex israhel ut quereret pulcem
unum. sicut persequitur pedem in montibus.
Et ait saul. Peccavi. Euertere fili mi dauid:
nequaquam enim ultra tibi male faciam:
eo quod preciosa fuerit anima mea in con-
spectu tuo hodie. Apparet quod stultus egerim
et ignorauim multa nimis. Et respon-
dens dauid ait. Ecce hasta regis: transeat
unus de pueris eius et tollat eam. Dominus autem
retribuatur unicuique secundum iusticiam suam
et fidem. Tradidit enim te dominus hodie in ma-
nu mea: et nolui leuare manum meam in
christum domini. Et sicut magnificata est anima
tua in oculis meis hodie: sic magnificatur a-
nima mea in oculis domini: et liberet me de
omni angustia. Ait ergo saul ad dauid.
Benedictus tu fili mi dauid. Et quidem
faciens facies: et potens poteris. Abiit autem
dauid in uiam suam: et saul reuersus est

in locū suū. Et ait dauid in corde suo. Alioquin incidam in uno die in manus saul. Nonne melius ē ut fugiam et saluer in terra philistinorum. ut despiciat saul cessetq; me querere in cunctis finibus isrl. fugi am g man eius.

Et surrexit dauid. et abiit ipse et seruenti uiri cum eo ad achis filium maog regem gech. Et habitauit dauid cū achis in gech. ipse et uiri eius et domus ei. dauid et due uxores eius achinoen iezabele et abigail uxor nabal carmeli. Et nunciatum ē saul quod fugisset dauid in gech. et non addidit ultra querere eum. Dixit autem dauid ad achis. Si inueni gratiam in oculis tuis. datur michi locus in una urbium regionis huius ut habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum. Dedit itaq; ei achis in die illa sicleg. Propter quam causam facta est sicleg regum iuda. usq; in diem hanc. fuit autem numerus dierum quibus habitauit dauid in regione philistinorum. quatuor mensium. Et ascendit dauid et uiri eius. et agebant p̄das de gechsari. et de gedri. et de amalechitis. Hi enim pagi habitabantur in terra antiq̄. euntibus sur usq; ad terram egypti. Et percutiebat dauid omnem terram illoꝝ. nec relinquebat uiuentem iurum et mulierem. tollensq; oues et boues et asinos et camelos. et uestes. reuertebatur et ueniebat ad achis. Dicebat autem ei achis. In quē irruisti hodie. Respondebatq; dauid. Contra meridiem iude. et contra meridiem ierusalem. et contra meridiem ceni. Virum et mulierem non uiuificabat dauid. nec adducebat i gech. dicit. ne forte loquantur asuersi uos. Hec fecit dauid. et hoc erat decretū ei cunctis diebus quib; habitauit in regione philistinorum. Creditū ē g achis dauid dicens. Multa mala opatus ē contra poplū

suū isrl. Erat g uichi seruus septimanus.

Factum est autem in diebus illis. **xxviii.** congregauerunt philistim agmina sua ut p̄pararentur ad bellum contra isrl. dixq; achis ad dauid. Sciens nunc scito qm̄ mecum egredieris in castris tui et uiri tui. dixitq; dauid ad achis. Hunc scies que facturus est seruus tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego custodem captis mei ponam te cunctis diebus.

Samuel autem mortuus ē. et plauerunt eum omnes isrl. et sepelierunt eum in ramathurbe sua. Et saul abstulit magos et arolos de terra. et interfecit eos qui phitones in uentre habebant. Congregati sūt philisti et uenerunt et castra metati sunt in sanam. Congregauit autem et saul unicum isrl. et uenit in gelboe. Et uidit saul castra philistinorum. et timuit. et expauit cor eius nimis. Consultauitq; dnm. et non respondit ei. neq; p̄ somnia neq; p̄ sacerdotes. neq; p̄ p̄phas. Dixitq; saul seruis suis. Querite michi mulierem habentem phitonem. et uadam ad eam et suscitabor p̄ uiam. Et dixerunt serui eius ad eum. Est mulier habens phitonem in endor. Mutauit g habitum suum. uestitusq; alyis uestimentis. abiit ipse et duo uiri cum eo. Veneruntq; ad mulierem nocte. et ait. Diuina michi in phitone. et suscita michi quem dixerō tibi. Et ait mulier ad eum. Ecce tu nosti quanta fecerit saul. et quom̄ trasert magos et arolos de terra. Quare g insidiaris anime mee ut occidas. Et iurauit ei saul in domino dicens. Si uit dñs q̄a non eueniet tibi quicquam mali. propter hanc iuram. Dixitq; ei mulier. Quem suscita bo tibi. Qui ait. Samuelem suscita michi. Cum autem uidisset mulier samuelem. exclamauit uoce magna et dixit ad saul. Quare imposuisti michi. Tu es enim saul. dixq;

eirex. Noli timere. Quid uidisti? Et ait mu-
 lier ad saul. Deos uidi ascendentes de terra
 dicitur ei. Qualis est forma eius? Que ait.
 Vir senex ascendit. et ipse amictus e pallio.
 Et intellexit saul quod samuel eet. et in-
 clinauit se sup faciem suam in terram et ado-
 rauit. Dixit autem samuel ad saul. Quare
 inquietasti me ut suscitarer. Et ait saul.
 Coartor nimis. Siquidem philistym pugnat
 aduersum me. et ds recessit a me et exaudire
 me noluit neq; in manu ppharum neq;
 p somnia. Vocauit g te ut ostenderes mi-
 chi quid faciam. Et ait samuel. Quid int-
 rogas me cum dns recesserit a te. et transi-
 erit ad emulum tuum. Faciet enim dns
 tibi sicut locutus est in manu mea. et scan-
 det regnum de manu tua. et dabit illud
 proximo tuo dauid. quia non obedisti uo-
 ci dñi. nec fecisti iram suam in ama-
 lech. Idcirco quod pateris fecit tibi dñs ho-
 die. et dabit dñs etiam isrl tecum in manu
 philistym. Cras autem tu et filij tui mecū
 eritis. h et castra isrl tradet dñs in manu
 philistinoy. Statimq; saul cecidit porrectus
 in terram. Extimuerat enim uba samuelis.
 et robur non erat in eo. quia n comederat
 panem tota die illa. Ingressa est itaq; mu-
 lier illa ad saul. Concurbatuſ enim erat ual-
 de. Dixitq; ad eum. Ecce obediunt ancilla
 tua uocitue. et posui animam meam in
 manu mea. et audiui sermones tuos quos
 locutus es ad me. Hunc g audi et tu uoce
 ancille tue. et ponam coram te buccellam
 panis. ut comedens conualescas et possis
 iter facere. Qui remisit et ait. Non come-
 dam. Coegerunt autem eum serui sui et
 mulier. et tandem audita uoce eorum sur-
 rexit de terra et sedit sup lectum. Mulier
 autem illa habebat utculum pascuale in
 domo. et festinauit et occidit eum. tollensq;

farrinam miscuit eam et coxit azima. et po-
 suit ante saul et ante seruos eius. Qui cum
 comedisſent surrexerunt. et ambulauerunt
 p totam noctem illam. **xxix.**

Congregata sunt g philistinoy agmina
 uniuersa in affech. sed et isrl castra metat
 est sup montem qui erat in ieruael. Et sacra-
 pe quidem philistym incedebant in centurijs
 et milibus. Dauid autem et uiri eius erant in
 nouissimo agmine cum achis. Dixeruntq; pñ-
 cipes philistinoy ad achis. Quid sibi uolē
 hebrei isti. Et achis ad principes philistino-
 rum ignoratis dauid qui fuit seruus saul re-
 gis isrl. et est apud me multis diebus. n̄ aut. et n̄
 iueni teo q̄quam ex die qua transiit ad me
 usq; in diem hanc. Iam sunt autem aduersus
 eum principes philistym. et dixerunt ei. Re-
 uertatur uir. et sedeat in loco suo in q̄ stitisti ei.
 et n̄ descendoat nobiscū in p̄lium. ne fiat nobis
 aduersarius cum preliari ceperimus.
 Quomodo aliter placare poterit dñm su-
 um. nisi in captib; nris. Nonne iste e dauid
 cui cantabant in choro dicentes. percussit saul
 in milib; suis et dauid in decem milib; suis.
 Vocauit autē achis dauid et ait ei. Vult dñs
 quia rectus es tu et bonus in conspectu meo.
 et exiit tuus et introitus tuus mecū est
 in castris. et non inueni in te quicquam ma-
 li ex die qua uenisti ad me usq; ad diem hanc.
 sed sacrapis non places. Reuere g te ua-
 de in pacē. et non offendaſ oculos sacraparū
 philistym. Dixitq; dauid ad achis. Quid
 enī fieri. aut qd iuenisti me seruo tuo a die qua
 fui in conspectu tuo usq; ad diem hanc ut n̄
 ueniam et pugnem contra inimicos dñi regis.
 Respondens autem achis. loquutus e
 ad dauid. Scio quia bonus es tu in oculis
 meis sicut angls dei. h principes philistino-
 rum dixerunt. Non ascendet nobiscum in
 p̄lium. Igitur confurge mane tu et serui tui

qui uenerunt tecum et cum de nocte surrexerunt et ceperunt dilucescere p̄gite. Surrexit itaq; de nocte dauid ipse et uiri eius ut p̄ficerentur mane et reuerterentur ad terram philistinum. Philistei autem ascenderunt in ierusalem.

Cumq; uenissent dauid et uiri eius in ficeleg die tertia. amalechite impetum fecerant ex parte australi in ficeleg. et percussit ficeleg et succenderunt eam igni. et captiuas duxerant mulieres ex ea a minimo usq; ad magnum. et non interfecerant quemquam secum duxerant et p̄gebant tanere suo. Cum ergo uenisset dauid et uiri eius ad ciuitatem et inuenissent eam succensa igni. et uxores suas et filios suos et filias ductas esse captiuas. leuauerunt dauid et populus qui erat cum eo uoces suas et plauerunt donec deficerent in eis lacrimae. Siquidem et due uxores dauid captiue ducte fuerant. achinoen ierusalitites. et abigail uxor nabal carmeli. Et contristatus est dauid ualde. volebat enim cum populo lapidare. quia amara erat anima uniuscuiusque uiri super filiis suis et filiabus. Confortatus est autem dauid in domino deo suo. et ait ad abiatzar sacerdotem filium achimelech. applica ad me ephod. Et applicuit abiatzar ephod ad dauid. Et consuluit dauid dominum dicens. Persequar lacunculos istos et comprehendam eos. Dixitq; ei dominus. Persequere. Absque dubio enim comprehendes eos. et excuties predam. Abiit ergo dauid ipse et sexcenti uiri qui erant cum eo. et uenerunt usque ad torrentem b̄sor. et lassii quidam substiterunt. Persecutusq; est dauid ipse et quadringenti uiri. Substiterant enim ducenti qui lassii transire non poterant torrentem b̄sor. Et inuenerunt uirum egyptium in agro. et adduxerunt eum ad dauid. Dederuntq; ei panem ut comederet et biberetq;

142
sed et fragm̄ masse caricarum. et duas ligaturas uue passe. Que cum comedisset. reuersus est spiritus eius et refocillatus est. Non enim comederat panem neq; biberat aqua tribus diebus et tribus noctibus. Dixit itaq; ei dominus. Cuius es tu et unde. et quo p̄gis. Qui ait. Puer egyptius ego sum. seruus uiri amalechite. Dereliquit autem me dominus meus. quia egrotare cepi nudius tertius. Siquidem nos erupimus ad australem partem cerechi. et contra uidam. et ad meridiem caleph. et ficeleg succendimus igni. Dixitq; ei dauid. Potes me ducere ad istum cuneum. Qui ait. Iura mihi per deum quod non occidas me. et non tradas me in manus domini mei. et ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei dauid. Qui cum dixisset eum. ecce illi discumbebant super faciem uniuersae terre comedentes et bibentes. et quasi festum celebrantes diem. pro cuncta preda et spolijs que cepant de terra philistinum et de terra uida. Et percussit eos dauid a uespa usque ad uespa alterius diei. et non euasit ex eis quisquam. nisi quadringenti uiri adolescentes. qui ascendierant camelos et fugerant. Erunt ergo dauid omnia que tulerant amalechite. et duas uxores suas erunt. nec defuit quisquam a paruo usque ad magnum tam de filiis quam de filiabus. et de spolijs. et quaecumque rapuerant omnia rediit dauid. Et tulit uniuersos greges et armenta. et mimauit ante faciem suam. Dixeruntq;. Hec est preda dauid. Venit autem dauid ad ducentos uiros qui lassii substiterant nec sequi poterant dauid. et respiciere eos uisserat in torrente b̄sor. Qui egressi sunt obuiam dauid. et populo qui erat cum eo. Accedens autem ad populum. salutauit eum pacifice. Respondensq; ois pessimus et iniquus de uiris qui erant cum dauid. dixit. Quia non uenerunt nobiscum.

non dabimus eis quicquam de p̄da quam erimus: sed sufficiat unicuique uxor sua et filij: quos cum acceperint recedant. Dixit autē dauid. Non sic facietis fr̄s mei de his que tradidit nobis dñs. et custodiunt nos et dedit latrones qui erupant aduersum nos in manus n̄as: nec audiet uos quisquam sup sermone hoc. Equa enim pars erit descendens ad p̄lum et remanens ad sarcinas: et similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa et deinceps constitutum et p̄finitum quasi lex in isrl̄ usq; ad diē hāc.

Venit ḡ dauid in bethleem et misit dona de p̄da senioribus iuda primis suis dicens. Accipite benedictionem de p̄da hostium dñi. his qui erant in bethel. et qui in ramoth ad meridiem. et qui in iether. et qui in arzer. et qui in sephamoth. et qui in esthama. et qui in iachal. et qui in urbibus ieramei. et qui in urbibus ceni. et qui in arama. et qui in lachusan. et qui in achac. et qui in bebroj. et reliquis quicquid in his locis in quibus commoratus fuerat dauid ipse et uiri eius. *xxxv*

Philistiim autē pugnabant aduersum isrl̄. et fugerunt uiri isrl̄ ante faciem philistinim: et ceciderunt interfecti in monte gelboe. Irrueruntq; philistiim in saul et in filios eius: et percusserunt ionathan et amnadab. et melchisue tres filios saul. Totumq; pondus p̄lij usum ē in saul: et consecuta sunt eum uiri sagittarij. et uulneratus ē uehementer a sagittarijs. Dixitq; saul ad armigerum suum. Euagina gladii tui et percute me: ne forte ueniant in circumcisi isti et interficiant me ut uident michi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio timore perterritus. Arripuit itaq; saul gladium suum: et irruit sup eum. Quod cum uidisset armiger eius uidelicet

quod mortuus ēet saul. irruit et ipse sup gladium suum et mortuus ē cum eo. Mortuus ē ḡ saul. et tres filij eius. et armiger illius: et unūsi uiri illius in die illa pariter. Videtur autem filij isrl̄ qui trans uallem et trans iordanem erant quod fugisset uiri isrl̄. et quod mortuus ēet saul et filij eius: reliquerunt ciuitates suas et fugerunt. Veneruntq; philistinim et habitauerunt ibi. Facta autem die altera uenerunt philistiim. uenerunt philistiim ut expoliarent interfectos. et inuenit saul et tres filios eius iacentes in monte gelboe. Et preciderunt caput saul. et expoliauerunt eum armis. et miserunt in terrā philistinorum p̄ circuitum: ut annuncaret in templo ydolorum. et in populis. et posuerunt arma eius in templo astaroth. corpus uero eius suspenderunt in muro bechsan. Quod cum audissent habitatores iabes galaad. quecumq; fecerant philistiim in saul: surrexerunt omnes uiri fortissimi et ambulauerunt tota nocte. et tulerunt cadaver saul et cadauera filiorum eius de muro bechsan. Veneruntq; iabes galaad et combusserunt ea ibi. Et tulerunt ossa eorum et sepelierunt in nemore iabes. et ieiunauerunt septem diebus. *Explicit liber regum primus.*

Incipit liber regum secundus.

Actum est autē p̄ quā mortuus est saul ut dauid reuertetur a cede amalech: et manet in bethleem dies duos. Indie autē tertia apparuit homo ueniens de castris saul uestitus gressu: et puluē asportans caput. Et ut uenit ad dauid: cecidit sup faciem suā et adorauit. Dixitq; ad eū dauid. Unde uenisti? Quia ad eū. De castris isrl̄ fugi. Et dixit ad eū dauid. Quid est tibi quod



factum est. Indica michi. Qui ait. fugit
 populus ex philo. et multi conuenerunt ex populo
 mortui sunt. Sed et saul et ionathas filius eius
 interierunt. Dixitque dauid ad adolescentem
 qui nunciabat ei. Unde scis quia mortuus
 est saul et ionathas filius eius. Et ait ado-
 lescentis qui narrabat ei. Casu ueni in monte
 gelboe. et saul incumbens super hastam sua.
 Porro currus et equites appropinquabant
 ei. Et confusus post tergum suum uidensque
 me uocauit. Cui cum respondiissem assum-
 dixit michi. Quisnam es tu. Et ait ad eum.
 Amalechites sum. Et locutus est michi. Sta
 super me et interfice me. quoniam tenent me an-
 gustie et adhuc tota anima mea in me est.
 Stansque super eum occidi illum. sciebam enim
 quod uiuere non poterat post ruinam. Et
 tuli diademata quod erat in capite eius. et ar-
 millam de brachio ulnis. et attuli ad te dominum
 meum huc. Apprehendens autem dauid uesti-
 menta sua scidit. omnesque uiri qui erant
 cum eo. et plauerunt et fleuerunt et ieu-
 nauerunt usque ad uesperam super saul et super
 ionathan filium eius. et super populum domini.
 et super domum israhel quod corruissent gladio.
 Dixit dauid ad iuuenem qui nunciauerat
 ei. Unde es tu. Qui respondit. filius homi-
 nis aduene amalechite ego sum. Et ait ad eum
 dauid. Quare non tenuisti mittere manum
 tuam ut occideres christum domini. Vocansque ad
 unum de pueris suis ait. Accedens. ut ue-
 ni in eum. Qui percussit illum et mortuus est.
 Et ait ad eum dauid. Sanguis tuus super
 caput tuum. Os enim tuum loquutum est
 aduersum te dicens. Ego interfeci christum domini.

Plauit autem dauid plandum

huiusmodi super saul et super ionathan
 filium eius. et precepit ut docerent filios
 iuda arcum sicut scriptum est in libro
 iustorum. Considera israhel pro his qui

mortui sunt super excessatua uulnerati. Includi
 israhel super montes tuos interfecti sunt. Quo
 modo ceciderunt fortes. Nolite annunciare
 in geth. neque annunciatis in compitis asca-
 lonis. ne forte letentur filii philistinum. ne
 exultent filie incircumcisorum. Montes gelboe
 nec uos nec pluuia ueniunt super uos. neque sint
 agri punicarum. quia ibi abiectus est clipeus
 fortium. clipeus saul. quasi non esset undus
 oleo a sanguine interfectorum ab adipe for-
 tum. Sagitta ionathe nunquam rediit retrorsum.
 et gladius saul non est reuersus in manus. Saul
 et ionathas amabiles et decori in uita sua.
 in morte quoque non sunt diuisi. Aquilis ue-
 lociores. leonibus fortiores. filie israhel super saul
 flece. qui uestiebat uos cocino in delicis. qui
 prebebat ornamenta aurea cultui uro. Quomodo
 ceciderunt fortes in prelio. Ionathas in ex-
 celsis tuis occisus est. Doleo super te frater mi
 ionathas. decore nimis et amabilis super amo-
 rem mulierum. Sicut mater unicum amat
 filium. ita te diligebam. Quomodo occiderit
 robusti. et perierunt arma bellica. **111**
 gratia post hoc consuluit dauid dominum dicens.
 Num ascendam in unam de ciuitatibus iuda.
 Et ait dominus ad eum. Ascende. Dixitque dauid.
 Quo ascendam. Respondit ei. In hebreorum.
 Ascendit ergo dauid et due uxores eius achinoen
 ietraelites et abigail uxor nabal carneli.
 Sed et uiros qui erant cum eo dixit dauid sin-
 gulos cum domo sua. et manserunt in oppi-
 dis hebreorum. Veneruntque uiri iuda et inue-
 runt ibi dauid. ut regnaret super domum iuda.
 Et nunciatum est dauid. quod uiri iabes ga-
 laad sepelissent saul. Misit ergo dauid nun-
 cios ad uiros iabes galaad. dixitque ad eos.
 Benedicti uos domino qui fecistis misericordiam
 hanc cum domino uro saul. et sepelistis eum.
 Et nunc retribuere quidem uobis dominus misericordiam
 et ueritatem. sed ego reddam gratiam eo quod

fecerit uerbum istud. Confortentur manus
uiri. et estote uiri fortitudinis. licet enim
mortuus sit dñs uir saul. tam me uirte
domus iuda regem sibi.

Abner autem filius ner princeps exercitus
saul tulit hisboseth filium saul. et
circumdixit eum p castra. regemq; con
stituit sup galaad. et sup iethsuri. et sup
iezrael. et sup effraim. et sup beniamin.
et sup isrlt uniuersum. Quadraginta annoꝝ
erat hisboseth filius saul cū regnare cepis
set. et duobꝝ annis regnauit. Sola autē do
mus iuda sequebatur dauid. Et fuit nume
rus dierum quos commoratur ē dauid im
pans in hebroꝝ sup domum iuda. septem
annorum et sex mensium. Egressus ē autē
abner filius ner. et pueri hisboseth filij
saul de castris. in gabaon. Porro ioab filiꝝ
saruie et pueri dauid egressi sunt. et oc
currerunt ei iuxta piscinam in gabaon.
Et cum in unum conuissent. ē regio
ne sederunt hi ex una parte piscine et
ulti ex altera. Dixitq; abner ad ioab. Surgat
pueriet ludant coram nobis. Et respondit
ioab. Surgant. Surrexerunt et transierunt
numero duodecim de beniamin ex parte
hisboseth filij saul. et duodecim de pueris
dauid. Apphensiq; unusquisq; capite com
paris sui. defixit gladium in latere adu
sary. et occiderunt simul. Vocatumq; est
nomē loci illius. ager robustorum in gaba
on. Et oracum ē bellum durum satis in die
illa. fugatusq; abner et uiri isrlt a pueris
dauid. Erant autem ibi tres filij saruie. io
ab et aby sai. et asael. Porro asael cur sorpe
dum uelocissimus fuit. quasi unus ex capre
is que morantur in siluis. Psequebat autē
asael abner. et non declinauit ad dexteram
neq; ad sinistram. omittens psequi abner.
Respexit itaq; abner post tergum suum.

et ait. Tu ne es asael. Qui respondit. Ego
sum. Dixitq; ei abner. Vade ad dexteram si
ue ad sinistram. et apprehende unum de ado
lescensibus et tolle tibi spolia eius. Noluit
autē asael. omittente quin iugeret eū. Dur
sumq; locutus ē abner ad asael. Recede no
li me sequi. ne compellar confodere te inter
ram. et leuare non poterō faciem meam ad
ioab frēm tuum. Qui audire contempsit.
et noluit declinare. Percussit eum abner a iū
hastam in inguine et transfodit. et mortuus
est in eodem loco. Omnesq; qui transibant
p locum in quo occiderat asael et mortuus
erat. subsistebant. Psequentibus autem ioab
et aby sai fugientē abner. sol occubuit. et
uenerunt usq; ad collem aqueductus qui ex
aduerso uallis est et ueneris deserti in gaba
on. Congregatiq; sunt filij beniamin ad
abner. et conglobati in unum cuneū stete
runt in summitate tumuli unius. Et excla
mauit abner ad ioab. et ait. Hum usq; ad in
teritacionē tuus miro desine. An igno
ras quod piculosa sit desperatio. Vique quo
non dicas populo ut omittat psequi frēs suos.
Et ait ioab. Vixit dñs ds si locutus fuisses
mane. recessisset populus psequens frēm
suum. Insonuit q; ioab bucina et stetit oīs
exercitus. nec psequuti sunt ultra isrlt neq;
inire certamen. Abner autē et uiri ei abie
runt p campestria tota nocte illa et transi
erunt iordanem. et lustrata omni bechoꝝ
uenerunt ad castra. Porro ioab reuersus.
omisso abner congregauit omne poplū.
et defuerunt de pueris dauid decem et no
uem uiri excepto asael. Serui autem dauid
percusserunt de beniamin et de uiris q; erant
cum abner trecentos sexaginta. qui et mor
tui sunt. Tuleruntq; asael et sepelierunt
eum in sepulchro patris sui in bechleem. et
ambulauerunt tota nocte ioab et uiri qui

erant cum eo et in ipso crepusculo uenerunt
in hebron. facta est longa concertatio inter
domum dauid et domum saul. Dauid profici-
ens et semper seipso robustior. domus autem
saul decrescens cotidie. Natiq; sunt filii da-
uid in hebron. scilicet primogenitus ei amon
de achinoen iezabelite. et post eum cheliab
de abygal uxore nabal charmeli. Porro ter-
cius absalon filius maacha filie tholmai re-
gis iessur. Quartus autem adonias filius ag-
ith. et quintus saphacia filius abi tal.
Sextus quoq; iethraam de egla uxore dauid.
Hi nati sunt dauid in hebron.

Qum ergo esset plenum inter domum saul et do-
mum dauid. abner filius ner regebat
domum saul. fuerat autem sauli concubina
nomine ressa. filia achia. dixitq; isboseth
ad abner. Quare ingressus es ad concubinam
patris mei. Qui iratus nimis propter uerba
hisboseth ait. Numquid capite canis ego
sum aduersum uidam hodie qui fecerim ni-
scediam super domum saul patris tui. et super
fratres et proximos eius. et non tradidi te in manum
dauid. et requisisti in me quod argueres pro
muliere hodie. Hec faciat deus abner et bec addat
ei. nisi quomodo iurauit dominus dauid sic faciam
cum eo. ut transferatur regnum de domo saul
et eleuetur thronus dauid super israhel et super ui-
dam a dan usque berfabee. Et non potuit ei re-
spondere quicquam. quia metuebat illum.

Misit ergo abner nuncios ad dauid in hebron.
ipse dicentes. Cuius est terra. Et ut loque-
rentur. fac mecum amicitias. et erit manus
mea tecum et reducam ad te uniuersum israhel.
Qui ait. Optime faciam tecum amicitias. sed
unam rem peto a te dicens. Non uidebis fa-
ciem meam antequam adduxeris michi filiam
saul. et sic uenies et uidebis me. Misit
autem dauid nuncios ad hisboseth filium saul
dicens. Redde michi uxorem meam michol.

quam despondi michi centum ppuccis phi-
listin. Misit ergo hisboseth et tulit eam a ui-
ro suo fatuel filio lais. sequebaturq; eam
uir suus plorans usque baurim. et dixit ad eum
abner. Vade et reuertere. Qui reuersus est.
Sermonem quoque intulit abner ad seniores
israhel dicens. Tam heri quam nudius tertius
quereratis dauid. ut regnaret super uos. Nunc
ergo facite. quoniam dominus loquutus est ad dauid dicens.
In manu dauid serui mei saluabo populum
meum israhel de manu philistinorum. et omnium
inimicorum eius. Locutus est autem abner
etiam ad beniamin. et abiit ut loqueretur
ad dauid omnia que placuerant israhel. et uniuerso
beniamin. Venitq; ad dauid in hebron cum
uiginti uiris. et fecit dauid abner et uiris
eius qui uenerant cum eo conuiuium. et dixit
abner ad dauid. Surgam ut congregem ad
te dominum meum regem omnem israhel. et intam
tecum fedus. et impes omnibus sicut desi-
derat anima tua. Cum ergo deduxisset dauid
abner. et ille israhel in pace. statim pueri da-
uid et ioab uenerunt ceteris latronibus cum
preda magna nimis. Abner autem non erat
cum dauid in hebron. quoniam dimiserat eum. profectus
fuit in pace. et ioab et omnes exercitus qui erant cum eo
postea uenit. Huiusmodi est itaq; ioab a narraitibus.
Venit abner filius ner ad regem. et dimisit eum. et abiit
in pace. Et ingressus est ioab ad regem. et ait.
Quid fecisti. Ecce uenit abner ad te. quare
dimisisti eum et abiit. et recessit. Ignoras
abner filium ner quoniam ad hoc uenit ut de-
cipet te. et sciret exitum tuum et inuolu-
tuum. et nosset omnia que agis. Egressus
itaq; ioab ad dauid misit nuncio pro abner. et rediit
cum a cisterna syra. ignorante dauid. Cuiq;
redisset abner in hebron. seorsum adduxit
eum ioab ad medium porte ut loqueretur
ei in dolo. et percussit illum ibi in inguine.
et mortuus est in ultionem sanguinis asael

fratris sui. Quod cum audisset dauid re iam gestam ait. Mundus ego sum et regnum meum apud dominum usque in sempiternum a sanguine abner filii neri. et ueniat super caput ioab et super omnem domum patris eius. nec deficiat de domo ioab fluxum seminis sustinens. et leprosus. tenens fusum. et cadens gladio. et indigenus pane. Igitur ioab et abysai frater eius interfecerunt abner. eo quod occidisset asael fratrem eorum in gaabaon in prelio.

Dixit autem dauid ad ioab. et ad omnem populum qui erat cum eo. Scindite uestimenta uera et accingimini saccis. et plangite ante exequias abner. Porro rex dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent abner in hebron. leuauit rex dauid uocem suam et fleuit super tumulum abner. fleuit autem et omnis populus. Plangensque rex et lugens abner ait. Nequaquam ut mori solent ignaui mortuus es abner. Manus tue non sunt ligatae. et pedes tui non sunt compedibus aggregati. sicut sicut solent cadere coram filiis iniquitatis corruisti. Congemmansque omnis populus fleuit super eum. Cumque uenisset uniuersa multitudo castrum caepe cum dauid adhuc clara die. iurauit dauid dicens. Hec faciat michi deus et hec addat. si ante occasum solis gustauero panem uel aliud quicquam. Omnisque populus audiuit. et placuerunt eis cuncta que fecit rex in conspectu totius populi. Et cognouit omne uulgus et uniuersus israhel in die illa. quoniam non actum fuisset a rege ut occideretur abner filius neri. Dixit quoque rex ad seruos suos. Num ignoratis quoniam princeps et maximus cecidit hodie in israhel. Ego autem adhuc delicatus et unctus rex. Porro uiri isti filii saruite duri sunt michi. Recubant dominus facienti malum. iuxta malitiam

iiii.
suam. Audiuit autem filius saul quod occidisset abner in hebrois. et dissolute sunt manus eius. et omnis israhel perturbatus est.

Duo autem uiri principes latronum erant filio saul. nomen unum banaa. et nomen alteri rechab filii remmon berothite. de filiis beniamin. Siquidem et beroth reputata est in beniamin. et fugerunt berothite in getchaim. fueruntque ibi aduenire usque ad tempus illud. Erat autem filio saul ionathe. filius debilis pedibus. quinquennis enim fuit quando uenit nuncius de saul et ionathay ex ierachel. Tollens itaque eum uictricem sua fugit. Cumque festinaret ut fugeret occidit puer et claudus effectus est. habuitque uocabulum miphibosech. Venientesque filii remmon berothite rechab et banaa ingressi sunt feruente die domum hisbesech. qui dormiebat super stratum suum meridie. et ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingressi sunt autem domum lateriter. assumptes spicas tritici. et percusserunt eum in inguine rechab et banaa. fratres eius et fugerunt. Cum autem ingressi fuisset domum ille dormiebat super lectum suum. in condaui. et percussiones interfecerunt eum. sublatoque capite eius abierunt per uiam deserti tota nocte. et attulerunt caput hisbesech ad dauid in hebrois. Dixeruntque ad regem. Ecce caput hisbesech filii saul inimici tui qui querebat animam tuam. et dedit dominus domino nostro regi ultionem hodie de saul et de semine eius. Respondens autem dauid rechab et banaa fratri eius filii remmon berothite. dixit ad eos. Uirum dominus qui eruit animam meam de omni angustia. quoniam cum qui annunciauit michi et dixerat mortuus est saul qui putabat se persequi nuntiare tenui et occidi eum in ficelag. cui oportebat me dare mercedem per nuntio. quanto magis

hii. i. huc uenit ad
ad repetitum murtat. et
de huius palen. et uenit
dignos. in huius hui.

nunc cum homines impij interfecerunt uirū
innocentem in domo sua sup lectum suū: nos
queram sanguine eius de manu urā et aufe
ram uos de terra: Precepit itaq; dauid pue
ris suis et interfecerunt eos: Precedentes q;
manus et pedes eorum suspenderunt eos su
p pisanam in hebrox. Caput autē his bosech
tulerunt et sepelierunt in sepulchro abner
in hebrox.

bisset strauit asinum suum. p̄pha quem
reduxerat. Qui cum abisset. inuenit eū
leo in uia: et occidit. Et erat cadauer eius pro
iectum in itinere. Asinus autem stabat
iuxta illum: et leo stabat iuxta cadauer.
Et ecce uiri transientes uiderunt cadau
p̄iectum in uia et leonem stantem
iuxta cadauer: et uenerunt et diuul
gauerunt in ciuitate in qua p̄phes
ille senex habitabat. Quod cum audisset
p̄pha ille qui reduxerat eum de uia: ait.
Vir dei est qui inobediens fuit ori dñi:
et tradidit eum dñs leoni et confregit eū.
et occidit eum iuxta ūbum dñi quod lo
quutus est ei.

O iuxta ad filios suos. Sternite michi
asinum. Qui cum strauissent et ule

abisset: inuenit cadauer eius p̄iectū in
uia. et asinum et leonem stantes iuxta ca
dauer. Non comedit leo de cadaue: nec le
sit asinū. Tullit ḡ p̄phes cadauer uiri dei et
posuit illud sup asinum: et reuersus intra
uit in ciuitatem. p̄phe senis ut plangeret ei.
Et posuit cadauer eius in sepulchro suo: et
plaxerunt eum. Heu heu mi frater. Cūq;
plaxissent eum: dixit ad filios suos. Cum
mortuus fuero sepelire me in sepulchro in
quo uir dei sepultus ē. Iuxta ossa eius po
nite ossa mea. Profecto enim ueniet ser
mo quem p̄dixit in sermone dñi contra
altare quod ē in bethel et contra omnia
phana excelsorum que sunt in urbibus
samarie.

Post uerba hec non est reuersus iheroboā
de uia sua pessima: sed e contrario fecit
de nouissimis populi sacerdotes excelsorum.
Quicumq; uolebat implebat manū suam:
et fiebat sacerdos excelsorum. Et propter
hanc causam peccauit domus iheroboam:
et euersa est et deleta de superficie terre. In
tempore uero egrotabat abia filius iherobo
am. Dixitq; iheroboam uxori sue: Surge et
committa habitum ne cognoscatis qd sis
uxor iheroboam: et uade in sylo ubi ē hara
qui loquutus est michi quod regnaturus
eem sup populum hunc. Tolle quoq; in
manu tua decem panes. et crustulam. et
uas mellis: et uade ad illum. Ipse indicabit
tibi quid euenturum sit huic puero. sic
ut dixerat uxor iheroboam. Et confurges
abuit in sylo. et uenit ad domum haye.
At ille non poterat uidere: quia caliga
uerant ocli eius p̄ senectute. Dixit autē
dñs ad hayam. Ecce uxor iheroboam in
greditur ut consulat te sup filio suo: q̄a
egrotat. Hec et hec loqueris ei. Cum ḡ illa
intrasset et dissimulass̄ se et que erat:

audiuit has somnum pedum eius. Intro
euntis postum. et ait. Ingredere uxor ihero
boam. Quare aliam te et simulas. Ego autem
missus sum ad te durus nuncius. Vade et dic
ihero boam. Hec dicit dominus deus israel. Quia ex
altavi te de medio populi. et dedi te ducem
sup populum meum israel. et scidi regnum domi
dauid et dedi illud tibi. et non fuisti sicut
seruus meus dauid qui custodiuit mandata
mea et secutus est me. in toto corde suo fa
ciens quod placitum est in conspectu meo.
sed operatus es mala sup omnes qui fuerunt
ante te. et fecisti tibi deos alienos et confla
biles. ut me ad iracundiam prouocares.
me autem periclisti post corpus tuum. Idcirco
ecce ego inducam mala sup domum ihero bo
am. et percutiam de ihero boam migenitum ad
parietem. et clausum et nouissimum in isrl.
Et mundabo reliquias domus ihero boam.
sicut mundari solet finis usque ad purum.
Qui mortui fuerunt de ihero boam in ciuita
te comedent eos canes. qui autem mortui
fuerunt in agro uorabunt eos aues celi quia
dominus locutus est. Tu ergo surge et uade in domu
tuam. et in ipso introitu pedum tuorum
in urbem mouetur puer. et planget eum
omnis israel et sepeliet. Iste enim solus infe
retur de ihero boam in sepulchrum. quia
inuentus est sup eum sermo bonus a domi
no deo. in domo ihero boam. Constituere
autem sibi dominus regem sup israel. qui percutiat
domum ihero boam in hac die et in hoc tem
pore. Et percutiet dominus deus israel sicut solet
moueri harundo in aqua. et euellet de ter
ra hac bona israel quam dedit patribus eorum
et uentilabit eos trans flumen. quia fece
runt sibi licos ut irritarent dominum. Et tra
det dominus israel propter peccata ihero boam que
peccauit. et peccare fecit israel. Surrexit itaque
uxor ihero boam et abiit. et uenit in therfa.

Cumque illa ingrederetur limen domus. puer
mortuus est. et sepelierunt eum. et planget
illum omnis israel iuxta sermonem domini. que
locutus est in manu serui sui haye prophete.
Reliqua autem uerborum ihero boam que
pugnauerit et quomodo regnauerit. ecce
scripta sunt in libro uerborum dierum regum
isrl. Dies autem quibus regnauit ihero bo
am. ^{duo} .xxii. anni sunt. et dormiuit cum patribus
suis. regnauitque nadab filius eius pro eo.

Porro roboam filius salomonis
regnauit in iuda. Quadraginta et unum
annum erat roboam cum regnare cepisset. et
decem et septem annis regnauit in iherusalem
ciuitate quam elegit dominus ut poneret nomi
num suum ibi ex omnibus tribubus israel. Non
autem matris eius naama ammantis. Et
fecit iuda malum coram domino. et irritauerunt
eum sup omnibus que fecerant patres eorum.
in peccatis suis que peccauerunt. Edificaue
runt enim et ipsi sibi aras. et statuas et li
cos sup omnem collem excelsum. et sub
omnem arborem frondosam. Sed et effemi
nata fuerunt in terra. feceruntque omnes ab
ominationes quas attriuit dominus ante faciem
filiorum israel. In quinto autem anno regni
roboam ascendit salsac rex egypti in iherusalem.

et tulit thesauros domus domini. et
thesauros regios. et uniuersa diripuit. scuta
quoque aurea que fecerat salomox. Per quibus
fecit rex roboam scuta creta. et tradidit ea
in manu ducum scutariorum. et eorum que
excubabant ante ostium domus regis. Cumque
ingrederetur rex in domum domini. portabat
ea qui per eundem habebant officium. et postea
reportabant ea ad armamentarium scutari
orum. Reliqua autem sermonum roboam et
omnia que fecit. ecce scripta sunt in libro
uerborum dierum regum iuda. fuitque bel
lum inter roboam et ihero boam cunctis di

bus. Dormiuitq; roboam cum patribus suis:
 et sepultus est cum eis in ciuitate dauid.
 Nomen autem matris eius naama amna
 nis. Et regnauit abia filius eius p eo. **xv.**
 gtuur in octauodecimo anno regni ihero
 boam filij nabath: regnauit abia sup iuda.
 Tribus annis regnauit in iherlm. Nomen
 matris eius maacha filia ab saloy. Ambu
 lauitq; in omnibus peccatis patris sui que fe
 cerat ante eum: nec erat cor eius pfectu cu
 dno deo suo sicut cor dauid patris eius: s;
 ppt dauid dedit ei dñs dñs suus lucernam in
 ierlm. ut suscitaret filiu ei post eu et staret ierlm
 eo qd feciss; dauid rectu ioculis dñi: et n declina
 set ab oib; q pcepit cunctis diebus uite sue. excep
 to sermone urie ethei. At tam bellu fuit it abia
 inter roboam et inter iheroboam omni tpe
 uite eius. Reliqua autem sermonu abia
 et omnia que fecit: nonne hec scripta sunt
 in libro uerborum dierum regu iuda. fu
 itq; plium inter abia et iheroboam. Et dor
 miuit abia cum patribus suis: et sepeliert
 eum in ciuitate dauid: regnauitq; asa fili
 eius p eo.
 Anno g uicesimo iheroboam regis isrl
 regnauit asa rex iuda: et .xli. anno reg
 nauit in iherlm. Nomen matris eius maacha
 filia absaloy. Et fecit asa rectum ante con
 spectum dñi sicut dauid pater eius: et ab
 stulit effeminatos de terra: purgauitq;
 uniuersas sordes que fecerant patres eius.
 In sup et maacham matrem sua amouit
 ne esset princeps in sacris priapi: et in lu
 co eius quem consecrauerat. Subuertitq;
 specum eius et confregit simulachrum
 turpissimum: et confregit in torrente ce
 droy. Excelsa autem non abstulit. Veru
 tamen cor asa pfectum erat cum dno deo
 suo cunctis diebus suis. Et intulit ea que sci
 ficauerat pater eius et uouerat in domu

dñi: argentum et aurum et uasa. Et illum
 autem erat inter asa et baasa regem isrl:
 cunctis diebus eorum. Ascendit quoq; baasa
 rex isrl in iudam. et edificauit rama: ut non
 posset quisquam egredi et ingredi de parte
 asa regis iude. Tollens itaq; asa de argum et
 aurum quod remanserat in thesauris dom
 dñi. et in thesauris domus regie. dedit illd
 in manus seruatorum suoy: et misit ad bena
 dab filium tabremoy filij erioy. regem syrie.
 qui habitabat in damasco. dicens: fedus est
 inter me et te: et inter patrem meum et pa
 trem tuum. Ideo tibi misi munera argenti
 et aurum: et peto ut uenias et irritu facias
 fedus quod cum baasa rege isrl habes: et rece
 dat a me. Acquiescens benadab regi asa. misit
 principes exercitus sui in ciuitates isrl: et p
 cusserunt haion et dan. et abel domu ma
 cha. et uniuersam ceneroth. omnem schi ceter
 ram neptalim. Quod cum audisset baasa
 intermisit edificare rama: et reuersus e in
 therla. Rex autem asa nuncium misit in
 omnem iudam. **ut nemo sit excusatus.**
 Et tulerunt lapides rama et ligna eius: qb
 edificauerat baasa: et extruxit de eisdem rex
 asa gabaa beniamin. et maspha. Reliqua
 au omi sermonum asa et uniuerse fortitudi
 nes eius et cuncta que fecit. et ciuitates qs
 extruxit: nome hec scripta sunt in libro uboy
 dierum regum iuda. Verumtam in tempo
 re senectutis sue doluit pedes. Et dormiuit
 cum patribus suis: et sepultus e cum eis
 in ciuitate dauid patris sui: regnauitq; iosa
 phat filius eius p eo.

Nadab u filius iheroboam regnauit sup
 isrl anno scdo asa regis iuda: regnauitq; sup
 isrl duob anni. Et fecit qd malu est i spctu dñi: et
 ambulau i uis patris sui: si peccatis ei qb peccare fec
 isrl. Insidiar e au ei baasa fili abia de domoy sachar:
 et percussit eum in g. bethon que est urbs

philistinorum.

Siquidem nabath et omnis isrl' obsidebant gebethon. Interfecit g' uiliu baasa in anno tercio asa regis iuda' et regnavit p' eo. Cumq; regnasset percussit omnem domum iheroboam. Non dimisit ne unam quidem animam de semine eius' donec deleteret eum iuxta ubu' dñi quod locutus fuerat in manu serui sui abie filonitis. Propter peccata ieroboam que peccauerat. et quibus peccare fecerat isrl'. et propter delictum quo irritauerat dñm dñm isrl'. Reliqua autem sermonum nadab et omnia que opatus e' nonne hec sc'pta sunt in libro uerborum dierum regum isrl'. fu' itq; bellum inter asa et baasa regem isrl' cunctis diebus eorum.

Anno tertio asa regis iuda. regnavit baasa filius abia sup omnem isrl' in therfa. xxvii. annis. et fecit malum coram dño. ambulauitq; in uis' iheroboam et in peccatis eius' quibus peccare fecit isrl'. factus est sermo dñi ad hycu filium anani contra baasa dicens. Pro eo quod exaltauit te de puluere. et posui ducem sup populum meum isrl'. tu autem ambulasti in uia iheroboam. et peccare fecisti populum meum isrl'. ut me irritares in peccatis eorum. ecce ego demetam posteroa baasa. et posteroa domus eius. et faciam sicut domum iheroboam filij nabath. Qui mortuus fuerit de baasa in ciuitate comedent eum canes. et q' mortuus fuerit ex eo in regione. comedent eum uolucres celi. Reliqua autem sermonum baasa et quecumq; fecit et prelia eius. nonne hec sc'pta sunt in libro uerborum dieru' regum isrl'. Domnu' g' baasa cum patrib' suis. sepultusq; est in therfa. et regnavit hela fili' eius p' eo.

Qum autem in manu y'hu filij anani prophete uerbum dñi factum e'et contra

baasa et contra domum eius. et contra omne malum quod fecerat coram dño ad irritandum eum in opib' manuum suaru' ut fieret sicut domus iheroboam. ob hanc causam occidit eum id e' y'hu filium anani p'pham. Anno uicesimo sexto asa regis iuda. regnauit hela filius baasa sup isrl' in therfa duobus annis. et rebellauit eum seruus suus zam. rj dux medie partis equitu'. Erat autem hela in therfa bibens et temulentus in domo in domo arsa p'fecti therfa. Irruens g' zam rj percussit et occidit eum. anno .xxviij. asa regis iuda. et regnauit pro eo. Cumq; regnasset et sedisset sup soliu' e'. percussit omnem domum baasa. et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem. et p' pinguos et amicos eius. Deuictq; zam rj omnem domu' baasa iuxta ubum dñi quod locutus fuerat ad baasa in manu hycu p'phete propter uniu'sa peccata baasa. et peccata hela filij eius. qui peccauerunt et peccare fecerunt isrl'. puocantes dñm dñm isrl' in uanitatibus suis. Reliqua autem sermonum hela et omnia que fecit. nonne hec sc'pta sunt in libro uerboz dierum regum isrl'.

Anno .xxvii. asa regis iuda. regnavit zam rj septem diebus in therfa. Porro exercitus obsidebat gebethon urbem philistinorum. Cumq; audisset rebellasse zam rj et occidisse regem. fecit sibi regem omnis isrl' am rj qui erat princeps milicie super isrl' in die illa in castris. Ascendit g' ambry et omnis isrl' cum eo de gebethon. et obsidebat therfa. Videns autem zam rj quod expugnanda e'et ciuitas. ingressus e' palaciu' et succendit secum domum regiam. et mortuus e' in peccatis suis. que peccauerat faciens malum coram dño. et ambulans in uia iheroboam et in peccato eius quo fecit pecca

re isrl. Reliqua autem sermonum zamri
et insidiarum eius. et tyrannidis: nonne
hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum
isrl.

Qunc diuisus est populus isrl in duas par-
tes. Media pars populi sequebat tebni
filium ginech ut constitueret eum regem:
et media pars amri. Preualuitq; ppl's qui
erat cum amri populo qui sequebat tebni
filium ginech. Mortuus e autem thebni
et regnauit amri.

Anno .xxv. asa regis iuda regnauit am-
ri sup isrl .xy. annis. Et iheresa
regnauit sex annis. Emittitq; monte sama-
rie a somer duobus talentis argenti et edi-
ficauit eam. et uocauit nomē ciuitatis quā
extruxerat nomine somer dñi montis sa-
marie. uel montem samarie. Fecit autem
amri malum coram dño. et opatus e nequitie
sup omnes qui fuerunt ante eum. Ambula-
uitq; in omni uia iheroboam filij nabath
et in peccatis eius quibus peccare fecerat
isrl. ut irritaret dñm dñm isrl in uanita-
tibus suis. Reliqua autem sermonum
amri et prelia eius que gessit: nonne hec
scripta sunt in libro uerborum dierum regum
isrl. Et dormiuit amri cum patribus
suis. et sepultus e cum eis in samaria. reg-
nauitq; achab filius eius p eo.

Achab uero filius amri regnauit sup isrl. an-
no .xxviii. asa regis iuda. Et regna-
uit achab filius amri sup isrl in samaria.
.xxij. annis. et fecit achab filius amri ma-
lum in conspectu dñi sup omnes qui fue-
runt ante eum. nec fufficit ei ut ambula-
ret in peccatis iheroboam filij nabath. in
sup et dixit uxorem iherabel filiam meth-
baal regis sydoniorum. et abiit et seruitut
baal et adorauit eum. Et posuit ara baal in templo
baal quod edificauit in samaria. et plantauit lucum.

Et addidit achab in ope suo irritans dñm deum
isrl sup omnes reges isrl qui fuerunt ante
eum. In diebus eius edificauit abiel
de bechel ihericho. In abiram pmitiuo suo
fundauit eam. et in segub nouissimo suo po-
suit portas eius. iuxta uerbum dñi quod lo-
quutus fuerat in manu iosue filij yun.

Et dixit helyas thesbites .xxvii.
de habitatoribus galaad ad achab. Vi-
uit dñs d's isrl ante cuius conspectum sto-
fieri annis his ros et pluuia. nisi iuxta oris
mei uerba. Et factum e uerbum dñi ad eu
dicens. Recede hinc et uade contra orientem
et abscondere in torrente carth. qui est cont
iordanem et ibi de torrente bibes. coruisq; p-
cepi ut pascant te ibi. Abiit q; et fecit iuxta
u'bum dñi. Cumq; abisset sedit in torrente
carth. qui est contra iordanem. Coruisq; defe-
rebant ei panem et carnes mane. simuliter
panem et carnes uespe. et bibebat de torren-
te. Post dies autem sicatus est torrentis. Non
enim pluerat sup terram.

Factus est q; sermo dñi ad eum dicens. Sur-
ge et uade in sarepta sydoniorum. et ma-
nebis ibi. Precepi enim ibi mulieri uidue ut
pascat te. Surrexit et abiit in sarepta. Cumq;
uenisset ad portam ciuitatis. apparuit ei
mulier uidua colligens ligna. Et uocauit
eam. dixitq; ei. Da michi paululum aque in
uase ut bibam. Cuiq; illa pgeret ut afferret.
clamauit post tergum eius dicens. Afferm
obsecro et buccellam panis in manu tua. Que
respondit. Viuit dñs deus tuus quia n̄ habeo
panem. n̄ quantum pugillus cape potest
farine in ydria. et paululum olej in lechto.
En colligo duo ligna ut ingrediar et facia
illud michi et filio meo. ut comedamus et
mouamur. Ad quam helyas ait. Nolli timere.
sed uade et fac sicut dixisti. Verumtamen michi
pimum fac de ipsa farinula sub anericu pane.

paruulum et affer ad me: tibi autē et filio tuo facies postea. Hec autem dicit dñs dñs isrl: hydria farine non deficiet nec lechitus olei minuetur: usq; in diem in qua daturus est dñs pluuiam sup faciem terre. Que abut et fecit iuxta ūbum helye: et comedit ipse et illa et domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit et lechitus olei non est imminutus: iuxta ūbum dñi quod locutus fuerat in manu helye.

Factum est autem post uerba hec egrotauit filius mulieris matris familie: et erat langor fortissimus ita ut non remaneret in eo altus. Dixit g̃ ad helyam. Quid michi et tibi uir dei? Ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates mee: et interficeres filium meum? Et ait ad eam helyas. Da michi filium tuum. Tulitq; eū de sinu eius et portauit eū in cenaculo ipse manebat: et posuit sup lectum suū. Et clamauit et dixit. Dñe dñs m̃s etāne uidua apud quam utcumq; sustentor afflixisti ut interficeres filium eius? Et expandit se atq; in fus est sup puerum tribus uicibus: et clamauit ad dñm et ait. Dñe dñs meus reuertatur oro anima pueri huius in uiscera eius. Exaudiuit dñs uocem helye: et reuersa est anima pueri intra eum et reuertit. Tulitq; helyas puerū et deposuit eum de cenaculo in inferiorē domum: et tradidit matri sue. Et ait illi. En uiuit filius tuus. Dixitq; mulier ad helyā. Nunc in isto cognoui qm̃ uir dei es tu: et ūbū dñi in ore tuo uerum est. **xviiij.**

Post dies multos uerbū dñi factū ē ad helyam in anno tertio dicens. Vade et ostende te achab: ut dem pluuiam sup faciem terre. Iuit g̃ helyas ut ostenderet se achab. Erat autem famel uehemens in samaria. Vocauitq; achab abdiam dispensatorē domus sue. Abdias autem timebat dñm dñm ualde:

nam cum interficeret izabel pphas dñi: tulit ille centum pphas. et abscondit eos quinquagenos in speluncis: et paucos pane et aqua. Dixit autem achab ad abdiam. Vade in terrā ad uisus fontes aquarū et in cūctas ualles: si forte inuenire possimus herbam et saluare equos et mulos. et non penitus sumenta intreat. Diuiseruntq; sibi regiones: ut circumirent eas. Achab ibat p uiam unam: et abdias p uiam alteram seorsum. Cumq; eēt abdias in uia: helyas occurrit ei. Qui cū cognouisset eum: occidit sup faciem suam et ait. Num tu es dñe in helyas? Cui ille respondit. Ego: et dixit. Vade dic dño tuo. Adē helyas. Et ille. Quid peccau inquit qm̃ tradis me seruum tuum in manu achab ut interficiat me? Vixit dñs dñs tuus non ē gens aut regnum quo non miserit dñs meus te regrens: et respondentib; cunctis non ē hic. aduinauit regna singla et gentes eo quod minime reppereris: et nunc dicis michi uade et dic dño tuo adē helyas? Cumq; recessero a te sp̃s dñi asportabit te in locum quem ego ignoro: et ingressus nuntiabo achab. et non inueniens te interficiet me. Seruus autem tuus timet dñm ab infantia sua. Numquid non indicatum est tibi dño meo quid fecerim cum interficeret izabel pphas dñi. quod absconderim de propbis dñi centum uiros. quinquagenos et quingenos in speluncis. et paucos pane et aqua: et nunc tu dicis uade et dic dño tuo adē helyas ut interficiat me? Et dixit helyas. Vixit dñs exercituum ante cuius uultum sto: quia hodie apparebo ei. Abiit g̃ abdias in occursum achab: et in d̃ reuertit ei. Venitq; achab in occursum helye. Et cum uidisset eum ait. Tu ne es ille qui conturbas isrl? Et ille ait. Non ego tu

baui isrl' sed tu et domus patris tui qui dere-
 liquisti mandata dñi. et sequuta estis baa-
 lim. Verumtamen nunc mitte et congrega
 ad me uniuersum isrl' in monte carmeli. et
 pphas baal quadringentos quinquaginta.
 pphasq; lucorum quadringentos
 qui comedunt de mensa uezabel. Mi-
 sit achab ad omnes filios isrl' et congrega-
 uit pphas in monte carmeli. Accedens au-
 tem helyas ad omnem poplm ait. Usq; quo
 claudicatis in duas partes. Si dñs est dñs?
 sequimini eum. Si autem baal' sequimini
 illum. Et non respondit ei popls uerbum.
 Et ait rursum helyas ad poplm. Ego reman-
 si ppha dñi solus? pphe autem baal' quingenti
 quinquaginta uiri sunt. Dentur nobis duo bo-
 ues: et illi eligant bouem unū. et in frustra
 cedentes sup ligna ponant. ignem autem
 non supponant: et ego faciam bouē alterū
 et imponam sup ligna. ignemq; n̄ suppo-
 nam. Inuocate nomina deorum uorū. et
 ego inuocabo nomen domini. et deus
 qui exaudierit p ignem. ipse sit dñs. Re-
 spondens omnis popls ait. Optima ppo-
 sitio. quam locutus ē helyas. Dixit ḡ hely-
 as pphis baal. Eligite uobis bouē unum
 et facite p̄mi quia plures estis uos: et
 inuocate nomina deorum uorū. igneq;
 non supponatis. Qui cum tulissent bo-
 uem quem dederat eis fecerunt: et inuo-
 cabant nomen baal de mane usq; ad me-
 ridiem dicentes. Baal exaudi nos. Et non
 erat uox neq; qui responderet. Transibe-
 bantq; altare quod fecerant. Cumq; esset
 iam meridies: uludebat eis helyas di-
 cens. Clamate uoce maiore. dñs enim est: et
 forsitan loquitur: aut in diuisio ē. aut in
 itinere. aut cerce dormit ut excitetur. Cla-
 mabant ḡ uoce magna: et incidebant se
 iuxta ritum suum cultus et lanceolis. do-

nec pfunderentur sanguine. Postquā autē
 transit meridies. et illis prophantib; ue-
 nerat tempus quo sacrificium offerri solet.
 nec audiebatur uox neq; aliquis responde-
 bat. nec attendebat orantes: dixit helyas
 omni populo. Venite ad me. Et acceden-
 te ad se populo curauit altare dñi quod
 destructum fuerat: et tulit. xij. lapides
 iuxta numerum t̄buū filiorum iacob.
 ad quem factus est sermo dñi dicens.
 isrl' erit nom̄ tuum: et edificauit de la-
 pidibus altare in nomine dñi: fecitq; aq;
 ductum quasi p duas aratimelās in
 circuitu altaris. et composuit ligna. diui-
 sitq; p membra bouem. et posuit sup lig-
 na et ait. Implete quatuor ydrias aqua
 et effundite sup holocaustum. et super
 ligna. Rursumq; dixit. Etiam sedo hoc fa-
 cite. Qui cum fecissent sedo ait. Etiam t̄-
 cio idipsum facite. feceruntq; tertio. et cur-
 rebant aque iuxta altare. et fossa aquedu-
 ctus repleta est.

Quamq; iam tempus ēt ut offerretur
 holocaustum: accedens helyas ppha
 ait. Dñe dñs abraham. et ysaac. et isrl'. ho-
 die ostende quia tu es dñs isrl' et ego seruus
 tuus: et iuxta preceptum tuū feci omnia
 uerba hec. Exaudi me dñe exaudi me: ut
 discat popls iste. quia tu es dñs dñs: et ui-
 conueristi corda eorum r̄terū. Cecidit autē
 ignis dñi de celo et uorauit holocaustum.
 et ligna et lapides: puluerem quoq; et
 aquam que erat in aqueductu lambens.
 Quod cum uidisset omnis popls: cecidit
 faciem suam et ait. Dñs ipse est dñs. dñs ipse
 est dñs. Dixitq; helyas ad eos. Apprehendite
 pphas baal: et ne unus quidem fugiat. exis.
 Quos cum comprehendissent: dixit eos helyas
 ad torrentem ḡsoy. et interfecit eos ibi. Et
 ait helyas ad achab. Ascende comede et bi-

be: quia sonus mutæ pluuie ē. Ascendit ahab ut comederet et biberet, helyas autem ascendit in uerticem carmeli: et pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua: et dixit ad puerū suum. Ascende: et prospice contra mare. Qui cum ascendiss: et contēplatus ē: ait. Non ē quicquam. Et rursū ait illi. Reuertere septem uicibz. In septima autem uice: ecce nubecula parua quasi uestigiū hominis ascendebat de mari. Qui ait. Ascende et dic ahab. Junge curruū tuū et descende: ne occupet te pluuia. Cumq; se uertēret huc atq; illuc: ecce celi contenebrati sunt: et nubes et uentus: et facta est pluuia gndis. Ascendēs itaq; ahab abiit in iheriael. Et manus dñi facta est sup helyam: accinctis q; lumbis: currebat ante abab. donec ueniret in iheriael. **I**ncauit autem ahab **ix.** izabel omnia que fecerat helyas: et quomodo occidisset uniuersos pphas gladio. Misit q; izabel nuncium ad helyam dicens. Hec faciant michi dy et hec addant: nisi hac hora cras posuero animam tuam. sicut animā unius ex illis. Timuit g helyas et surgens abiit quocumq; cum ferebat uoluntas.

Uenitq; in bersabee iuda. et dimisit ibi puerum suū: et prexit in deserto uiam unius diei. Cumq; uenisset et sederet sup unam iunipum: peccuit anime sue ut moreretur: et ait. Sufficit in dñe: tolle animam meam. Illeq; enim melior sum quam patres mei. Proiecitq; se: et obdormiuit in umbra iunipi. Et ecce angls dñi tetigit eum: et dixit illi. Surge comede. Et respexit: et ecce ad caput suum subcinericius panis et uas aque. Comedit g et bibit: et rursū obdormiuit. Reuersusq; ē angls dñi sedo et tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede: grandis enim tibi restat uia. Qui cum surrexisset comedit et bibit: et am

bulauit in fortitudine cibi illi q̄raginta dieb: et q̄raginta noctib usq; ad montē dei orei.

Qumq; uenisset illuc: mansit in spelunca. Et ecce sermo dñi ad eū. **D**ixitq; illi. Quid hic agis helya? At ille respondit. Zelo zelatus sum p dño deo exercituum: quia deliquerunt pactum dñi filij isrl. Altaria tua destruxerunt: et pphas tuos occiderunt gladio: et relictus sum ego solus: et querunt animam meam ut auferant eam. Et ait ej. Egredere et stam monte. coram dño. Et ecce dñs stans: et spiritus grandis et fortis: subuertens montes: et conterens petras: ante dñm. Non in spū dñs. Et post spm commotio. Non in commotione dñs. Et p commotionem ignis. Non in igne dñs. Et p ignem sibilus aure tenuis. Quod cum audisset helyas opuit uultum suū pallio: et egressus stetit in ostio spelunce. Et ecce uox ad eum dicens. Quid hic agis helya? Et ille respondit. Zelo zelatus sum p dño deo exercituum: quia deliquerunt pactum suum filij isrl. Altaria tua destruxerunt: et pphetas tuos occiderunt gladio: et delictus sum ego solus. et querunt animā meam ut auferant eam. Et ait dñs ad eū. Vade et reuere i domū tuam p desertū in damascum. Cumq; pueneris illuc. unges azael regem sup syriam: et yeu filium nansi unges regem sup isrl: heliseū autem filium saphat qui ē de abelmaula unges ppham p te. Et erit quicūq; fugerit gladium azael: occidet eū hyeu. Et qui fugerit gladium hyeu: interficiet eū heliseus. Et derelinquam michi in israhel septem milia uirozum. quozum genua non sunt curuata baal: et omne os quod non adorauit eum osculans manū.

Profect' g ide helyas reppit heliseū filiū saphat arantem in .xj. iugis boum.

et ipse in duodecim arantibus iur erat
 Cumq; uenisset helyas ad eum. misit pal-
 lum suum sup illum. Qui statim relictis bu-
 bus cucurrit post helyam. et ait. Osculer-
 oro te patrem meum et matrem meam. et sic
 sequar te. Dixitq; ei. Vade et reuertere. Quod
 enim mecum est fecit tibi. Reuersus autem
 ab eo tulit par bouum et mactauit illud.
 et in aratro bouum coxit carnes. et dedit
 populo et comederunt. Consurgensq;
 abiit et secutus est helyam. et ministra-
 bat ei.

Porro benadab rex syrie congregauit
 omnem exercitum suum. et xxx et
 duos reges secum. et equos et currus.
 et ascendens pugnabat contra samari-
 am et obsidebat eam. Mittensq; nuncios
 ad achab regem isrl in ciuitatem att. Hec
 dicit benadab. Argentum tuum et aurum
 tuum meum est. et uxores tue et filii tui op-
 tami mei sunt. Responditq; rex isrl. Juxta
 uerbum tuum dñe mi rex. tuus sum ego
 et omnia mea. Reuertentesq; nuncij dix-
 erunt. Hec dicit benadab qui misit nos
 ad te. Argentum tuum. et aurum tuum et ux-
 ores tuas et filios tuos dabis mi. Cras g
 hac eadem hora mittam seruos meos ad te.
 et scrutabuntur domum tuam et domum
 seruorum tuorum. et omne quod eis pla-
 cuerit ponent in manibus suis et aufer-
 rent. Vocauit autem rex isrl omnes se-
 niores terre. et ait. Animaduerite et ui-
 dete. qm insidietur nobis. Misit enim
 ad me p uxoribus meis et filiis. p argento
 et auro. et non abnuj. dixeruntq; omnes
 maiores nati. et uniuersus populus ad eu.
 Non audias. neq; acquiescas ei. Respon-
 dit itaq; nuncijs benadab. Dicite dño meo
 regi. Omnia propter que misisti ad me
 seruum tuum in nuncio faciam. hanc aut

rem facere non possum. Reuersiq; nuncij re-
 tulerunt ei. Qui remisit et ait. Hec faciant
 michi dy et hec addant. si suffecerit puluis
 samarie pugulis omnis populi qui sequit
 me. Et respondens rex isrl ait. Dicite ei. Ne
 gloriatur accinctus. eque ut discinctus. factu
 est autem cum audisset benadab uerbum istud
 bibebat ipse et reges in umbraculis. et ait
 seruis suis. Circumdate ciuitatem. Et circum-
 dederunt eam. Et ecce ppha unus accedens
 ad achab regem isrl ait ei. Hec dicit dñs dñs.
 Certe uidisti omnem multitudinem hanc
 nimiam. Ecce ego tradam eam in manu tua
 hodie. ut scias quia ego sum dñs. Et ait achab.
 Et quem. Dixitq; ei. Hec dicit dñs. Et pedise-
 quos principum puinciarum. Et ait. Quis
 incipiet preliari. Et ille dixit. Tu. Recen-
 sit g pueros principum puinciarum. et repperit
 numerum ducentorum xxx. duorum. Et recen-
 sit post eos populum omnes filios isrl.
 septem milia. Et egressi sunt meridie. Be-
 nadab autem bibebat temulentus in um-
 braculo suo. et reges xxxij. cum eo qui ad
 auxilium eius uenerant. Egressi sunt autem
 pueri puinciarum in prima fronte. Misit itaq;
 benadab. Qui nunciauerunt ei dicentes.
 Viri egressi sunt de samaria. At ille. Sicut
 p pace uenunt apprehendite eos uiuos. sicut
 ut plientur uiuos eos capite. Egressi sunt
 g pueri principum puinciarum. ac reliq;
 exercitus sequebatur. et percussit unusquisq;
 uirum qui contra se ueniebat. fugeruntq;
 syri. et persecutus est eos isrl. fugitq; benadab
 rex syrie in equo cum equitibus. Necnon
 egressus rex isrl percussit equos et currus.
 et percussit synam plaga magna.

Accedens autem ppha ad regem isrl dixit
 ei. Vade et confortare. et scito et uide qd
 facias. Sequenti autem anno rex syrie ascen-
 det contra te. Serui uero regis syriam duxerunt.

Dij montium sunt dij eorum: ideo superauerunt nos. Sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus: et optinebimus eos. Tu ergo uerbum hoc fac. Amoue reges singulos ab exercitu suo. et pone principes pro eis. et instaura nuntium militum qui ceciderunt de tuis: et equos secundum equos pristinos: et currus secundum currus quos ante habuisti. et pugnabimus contra eos in campestribus: et uidebis quod optinebimus eos. Credidit consilio eorum: et fecit ita.

Sic postquam annus transierat. recensit benadab syros: et ascendit in affech. ut pugnaret contra israhel. Porro filii israhel recensiti sunt: et acceptis cibariis profecti ex aduerso castrorum: metati sunt contra eos: quasi duo parui greges captiurum. Syri autem repleuerunt terram. Et accedens unus uir de israhel ad regem israhel. Hec dicit dominus deus. Quia dixerunt syri. deus montium est dominus. et non est deus uallium: dabo omnem multitudinem grandem hanc in manum tuam: et scietis quia ego sum dominus. dirigebant septem diebus ex aduerso hi atque illi acies. Septima autem die commissum est bellum. Percusseruntque filii israhel de syris centum milia pedum in die una. fugerunt autem qui remanserant in affech in ciuitate: et cecidit murus super eos. Et uulsi sunt milia hominum qui remanserant. Porro benadab fugiens ingressus est ciuitatem in cubiculum quod erat intra cubiculum. Dixeruntque ei serui sui. Ecce audiimus quod reges domus israhel clementes sunt. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris. et funiculos in captibus nostris. et egrediamur ad regem israhel: et forsitan saluabit animas nostras. Accurrerunt sacis lumbos suos. et posuerunt funiculos in captibus suis: ueneruntque ad regem israhel et dixerunt ei. Seruus tuus benadab dicit. Suiat oro te aia ma-

Et ule ait. Si adhuc uiuit: frater meus est. Quod acceperunt uiri pro omni: et festinantes inpuerunt uerbum ex ore eius. atque dixerunt. Frater tuus benadab uiuit. Et dixit eis. Ite et adducite eum. Egressus est ergo ad eum benadab. Et leuauit eum in currum suum. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo reddam: et plateas facti tibi in damasco sicut fecit pater meus in samaria: et ego federatus recedam a te. Lepigit ergo fedus et dimisit eum.

Tunc uir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone domini. Pater me: At ille noluit percutere eum. Cui ait. Quia uoluisti audire uerbum domini: ecce recedes a me et percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo: inuenit eum leo atque percussit. Sed et alterum inueniens uirum: dixit ad eum. Pater me: Qui percussit eum: et uulnerauit. Abiit ergo propheta et occurrit regi in uia: et mittauit asphonem pulueris oculi et oculos suos. Cumque rex transiret: clamauit ad regem et ait. Seruus tuus egressus est ad persequendum inimicum. Cumque fugisset uir unus: adduxit eum uir quidam ad me. et ait. Custodi uirum istum. Qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius. aut talentum argenti appendes. Cum autem ego turbatus huic atque illi me uerterem: subito non comparuit. Et ait rex israhel ad eum. Hoc est iudicium tuum quod ipse decreuisti. At ule statim absterxit puluerem de facie sua: et cognouit eum rex quod esset de prophetis. Qui ait ad eum. Hec dicit dominus. Quia dimisisti uirum dignum morte de manu tua: erit anima tua pro anima eius. et populus tuus pro populo eius. Reuersus est ergo rex israhel in domum suam. audire contempnens: et furibundus uenit samariam.

Post uerba autem hec tempore illo uinea

erat naboth iezabelite qui erat in iezra
 hel. iuxta palacium ahab regis samarie.
 Locutus e g ahab ad naboth dicens. Da
 michi uineam tuam ut faciam in ortum
 holerum quia uicina est et ppe domu
 meam: daboq; tibi p ea uineam melio
 rem: aut si tibi melius putas argenti p
 cium quantu digna est. Cui respondit
 naboth. Propicius sit michi dñs: ne dem
 hereditatem patrum meorum tibi. Venit g
 ahab in domum suam indignans et fren
 dens sup ubum quod locutus fuerat ad eu
 naboth iezabelites dicens: non dabo tibi
 hereditate patrum meorum. Et piciens se
 in lectulu suum ait: faciem suam ad pa
 rietem: et non comedit panem. Ingressa e
 autem ad eum iezabel uxor sua: dixitq; ei.
 Quid e hoc unde anima tua conturbata e:
 et quare non comedis panem? Qui respo
 dit ei. Locutus sum naboth iezabelite: et
 dixit ei. Da michi uineam tuam accepta pe
 cunia: aut si placet dabo tibi meliorem
 uineam p ea. Et uieat. Non dabo t uine
 am meam. Dixit g ad eum iezabel uxor sua.
 Grandis auctoritatis es: et bene regis regnu
 isrl. Surge et comede panem: et equo esto
 animo. Ego dabo tibi uineam naboth iezra
 belite. Scripsit itaq; litteras ex nomine ahab.
 et signauit eas anulo eius: et misit ad ma
 iores natu et optimates qui erant in ciuita
 te eius. et habitabant cum naboth. Littera
 raru autem erat ista sententia. Predicite ie
 iunium. et sedere facite naboth int primos
 populi. et submitte duos uiros filios be
 lial contra eum: et falsum testimonium
 dicant. Benedixit naboth dñm et regē: et e
 ducite eum et lapidate: sicq; monat. fecerit
 g maiores natu et ciues qui habitabant cu
 eo in urbe sicut precepit eis iezabel: et sicut
 scriptum e in litteris quas miserat ad eos.

pdicauunt ieiunium. et sedere fecerunt
 naboth inter pmos populi: et adductis
 duob; uiris filijs diaboli fecerunt eos se
 dere contra eum. At illi scilicet ut uiri dia
 bolici. dixerunt cont eū falsu testimonium:
 coram multitudine. Benedixit naboth de
 um et regem. Quamobrem eduxerunt eu
 extra ciuitatem: et lapidib; inter fecerunt.
 Miseruntq; ad iezabel dicens. Lapidat e
 naboth: et mortuus e.

Factum e autem cum audisset iezabel
 lapidatu naboth et mortuu: locuta e ad
 ahab. Surge posside uineam naboth ie
 zabelite: qui noluit acquiescere et dare
 eam accepta pecunia. Non enim uiuit na
 both: sed mortuus e. Quod cum audisset
 ahab mortuum uidelicet naboth: surrex
 et descendebat in uineam naboth iezraeli
 te ut possideret eam. factus e g sermo dñi
 ad heliam thesbitem dicens. Surge et de
 scende in occursum ahab regis isrl qui est
 in samaria: ecce ad uineam naboth descen
 dit ut possideat eam: et loqueris ad eu dices.
 Hec dicit dñs ds. Occidisti: in sup et posse
 disti. Et posthec addes. Hec dicit dñs. In lo
 co hoc in quo lixerunt canes sanguine
 naboth: lambent quoq; tuum sanguine.
 Et ait ahab ad heliam. Num inuenisti me
 inimicum tibi? Qui dixit. Inueni in eo qd
 uenundatus sis ut faceres malum in con
 spectu dñi. Propterea hec dicit dñs. Ecce
 ego inducam sup te malum. et demetam
 posteriora tua: et interficiam de ahab min
 gentem ad parietem. et clausum. et uti
 mu de isrl: et dabo domum tuam sicut do
 mum ieroboam filij nabath. et sicut do
 mum baasa filij uia. quia egisti ut me
 ad iracundiam puocares et peccare feci
 sti isrl. Sz et de iezabel locutus est dñs di
 cens. Canes comedent iezabel in campo

iezabel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate. comedent eum canes. si autem mortuus fuerit in agro. comedent eum uolucres celi. Igitur non fuit alter talis sicut achab. qui uenundatus est ut faceret malum in conspectu domini. Concitauit enim cum iezabel uxor sua. et abhominabilis factus est intantum ut sequeretur ydola que fecerant amozrej. quos confusus sit dominus a facie filiorum israhel. Itaque cum audisset achab sermones istos scidit uestimenta sua. et opuit cilicio carnem suam. ieiunauitque et dormiuit in sacco. et ambulauit demisso capite. factus est autem sermo domini ad helyam thesbiten dicens. Nonne uidisti humiliatum achab coram me. Quia ergo humiliatus est mei causa. non inducam malum in diebus eius. sed in diebus filij sui inferam malum domus eius.

XXII.

Transierunt ergo tres anni absque bello inter syriam et israhel. In anno autem tertio descendit iosaphat rex iuda ad regem israhel. dixitque rex iuda ad seruos suos. Num ignoratis quod nra sit ramoth galaath. et negligimus uolere eam de manu regis syrie. Et ait ad iosaphat. Veniesne mecum ad periciandum in ramoth galaath. Dixitque iosaphat ad regem israhel. Sicut ego sum. ita et tu. populus meus et populus tuus unum sunt. et equites mei et equites tui. Dixitque iosaphat ad regem israhel. Quere oro te hodie sermonem domini. Congregauit ergo rex israhel pphas quadringentos circiter uiros. et ait ad eos. Ire debeo in ramoth galaad ad bellandum an quiescere. Qui responderunt. Ascende. et dabit eam dominus in manu regis. Dixit autem iosaphat. Non est hic ppha domini quispiam ut interrogemus per eum. Et ait rex israhel ad iosaphat. Remanet uir unus per quem possumus interrogare dominum. sed ego odium eum quia non pphat michi bonum sed malum. micheas filius hemla. Cui iosaphat ait. Ne

loquaris ita rex. Vocauit ergo rex israhel eunuchum quendam et dixit ei. festina adducere micheam filium hemla. Rex autem israhel et iosaphat rex iuda. sedebant unusquisque in solio suo uestiti cultu regio in area iuxta ostium portus samarie. et uniuersi pphete pphabant in conspectu eorum. fecit quoque sibi sedechias filius chanaan cornua ferrea. et ait. Hec dicit dominus. His uentilabis syriam donec deleas eam. Omnesque pphete simuliter pphabant dicentes. Ascende in ramoth galaad. et uade per sepe. et tradet dominus in manu regis inimicos tuos. Muncius uero qui uerat ut uocaret micheam locutus est ad eum dicens. Ecce sermones pphatarum uno ore bona regi predicant. Sic ergo sermo tuus similis eorum. et loquere bona. Cui micheas ait. uiuit dominus. quia quodcumque dixerit michi dominus. hoc loquar. venit ergo ad regem. et ait uir rex. Micheas ire debemus in ramoth galaad ad periciandum an cessare. Cui ille respondit. Ascende et uade per sepe. et tradet eos dominus in manu regis. dixit autem rex ad eum. Iterum atque iterum adiuro te ut non loquaris michi nisi quod uerum est in nomine domini. Et ait illi. Vidi cunctum israhel dispersum in montibus. quasi oues non habentes pastorem. Et ait dominus. Non habent dominum isti. reuertatur unusquisque in domum suam in pace. dixit ergo rex israhel ad iosaphat. Numquid non dixi tibi. quia non prophat michi bonum sed semper malum. Iue uero addens ait. Propterea audi sermonem domini. Vidi dominum sedentem super solium suum. et omnem exercitum celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Et ait dominus. Quis decipiet achab regem israhel ut ascendat et cadat in ramoth galaad. Et dixit unus a sinistris uerba huiusmodi. et alius alter. Egrediusus est autem spiritus et stetit coram domino et ait. Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus.

In quo: At uicari. Egrediar et ero sp̄c̄ m̄dax
in ore omnium p̄pharum eius. Et dix̄ dñs.
Decipies et preualebis. Egredere et facta.
Hunc ḡ ecce dedit dñs sp̄m mendacy in ore
omnium p̄pharum tuorum qui hic sunt.
et dñs locutus ē contra te malū. Accessit
autem sedechias filius chanaan. et percussit
micheam in maxillam. et dixit. Me ne ḡ
dimisit sp̄c̄ dñi et locutus est tibi. Et ait
micheas. Visuruses in die illa quando in
gredieris cubicl̄m iuxta cubicl̄m. ut abscon
daris. Et ait rex isrl̄. Tollite micheam et
maneat apud āmon principē ciuitatis. et
apud ioas filium amalech. et dixit eis. Hec
dicit rex. Morte uirum istum in carcere.
et sustentate eum pane tribulationis. et
aqua angustie. donec reuertar in pace.
dixitq; micheas. Si reuersus fueris in pace.
non est locutus dñs in me. Et ait. Audite
populi omnes.

Ascendit itaq; rex isrl̄. et iosaphat rex iuda.
in ramoth galaad. Dixitq; rex isrl̄ ad io
saphat. Sume arma et ingredere p̄lium.
et induere uestib; meis. Porro rex isrl̄ mita
uit habitum suū. et ingressus ē bellum.
Rex autem syrie p̄cepit principib; curruum
xxxii. dicens. Non pugnabitis contra mino
rem et maiorem quempiam. nisi contra re
gem isrl̄ solum. Cum ḡ uiderent p̄ncipes
curruū iosaphat. suspicati sunt quod ipse
eēt rex isrl̄. et impetu facto pugnabant con
tra eum. Et exclamauit iosaphat. Intelle
runtq; principes curruum quod non eēt
rex isrl̄. et cessauerunt ab eo. Unus autem q̄
dam tetendit arcum in incertum sagittam
dirigens. et casu percussit regem isrl̄ inter
pulmonem et stomachū. At ille dixit auri
ge suo. Verte manum tuam et cice me de
exercitu. quia grauit̄ uulneratus sum.
Commissum ē ḡ p̄lium in die illa. et rex

isrl̄ statuit i curru suo et syro. et mortuū ē uerū.
fluebat autē sanguis plage in sinū curru.
et p̄co p̄sonuit in uniuerso exercitu antequā
sol occumberet dicens. Unusquisq; reuertat
tur in terram et in ciuitatē suam. Mortuus
est autem rex isrl̄. et platus est samariam.

Sepelieruntq; regem in samaria. et lauerunt
curru in piscina samarie. et lixerunt ca
nes sanguinem eius. et habenas lāberunt
iuxta ūbum dñi quod locutus fuerat. Re
liqua autē sermonum achab et uniuersa que
fecit. et domus eburnea quam edificauit
cunctarumq; urbium quas exstruxit. nonne
hec scripta sunt in libro sermonum dierū re
gum isrl̄. Dormiuitq; achab cum patribus
suis. et regnauit ochozias filius eius p̄ eo.

In anno quarto achab regis isrl̄
iosaphat filius asa regnare cepit sup iudā.
Triginta quinq; annorum erat cum regnare
cepisset. et xxv. annis regnauit in iherlm̄. Mo
m̄ matris eius azuba filia salai. Et ambula
uit in omni uia asa patris sui. et non declina
uit ex ea. fecitq; quod rectum erat in conspe
ctu dñi. uerum tamen excelsa non abstulit.
Adhuc enim populus sacrificabat. et adole
bat incensum in excelsis. Pacemq; habuit io
saphat cum rege isrl̄. Reliqua autem sermo
num iosaphat. et opa eius que gessit et p̄lia.
nonne hec scripta sunt in libro ūborum dierū
regum iuda. S; et reliquias effeminatorum
qui remanserant in dieb; asa patris eius. ab
stulit de terra. Hec erat tunc rex constitutus
in edom. Rex ū iosaphat fecerat classes in
marj que nauigauerūt iophir propt̄ aurū.
et ire non potuerunt quia confracte sunt in
asion gaber. Tunc ait ochozias filius achab
ad iosaphat. Vadant serui mecum seruis
tuis in nauibus. Et noluit iosaphat. Dor
miuitq; cum patribus suis. et sepultus ē
cum eis in ciuitate dauid patris sui. regna

ad eos. ḡ
ad consule
cum obrem
p̄m. dēnd
r̄m. s; ad
ad ochoziam.

utq; ioram filius eius p eo.

Ochozias autem filius adhab regnare cepit sup isrl in samaria. Anno septimo decimo iosaphat regis iuda regnavitq; sup isrl duob; annis? et fecit malum in conspectu dñi? et ambulavit in uia patris sui et matris sue. et in uia iheroboam filij nabath qui peccare fecit isrl. Seruierunt quoq; baal et adorauit eum? et irritauit dñm dñm isrl. iuxta omnia que fecerat pater eius.

Expho malachum. idē regum lib. iij. Incipit lib Regum.

Quartus



Reuarica
us est
autē mo
ab in isrl.
postquā
mortuus
est ahab.

Ceciditq;
ochozias p
cancellos ce
naculi sui. qd
habebat in sama
ria? et egrotauit.

Misitq; nuncios di
cens ad eos. Ite consu
lute beelzebub dñi acca
ron? utrum uiuere queā
de infirmitate mea hac.

Angls autem dñi locutus
ē ad helyam thesbitei

Surge ascende in occursum nun
ciorum regis samarie? et dices
ad eos. Numquid non ē deus in isrl? ut eatis
ad consulendum beelzebub deum accharoy?
Quamobrem hec dicit dñs. de lectulo sup
quem ascendisti non descendes? s; morte mo
rieris. Et abiit helyas. Reuer siq; sunt nuncij
ad ochoziam. Qui dixit eis. Quare reuer si

estis? At illi responderunt ei. Vir occurrit
nobis? et dixit ad nos Ite reuertimini ad
regem qui misit uos? et dicitis ei. Hec die
dñs. Numquid quia non erat dñs in isrl? mit
tis ut consulatur beelzebub dñs accaroy? Id
circo de lectulo sup quem ascendisti non de
scendes? sed morte morieris. Qui dixit eis.
Cuius figure et habitus est uir ille qui oc
currit uobis et loquutus est uerba hec? At
illi dixerunt. Vir pilosus? et zona pellicea
accinctus? renibus. Qui ait. Helyas thes
bites ē. Misitq; ad eum quinquagenariū
principem? et quinquaginta qui erant sub
eo. Qui ascendit ad eum? sedentiq; in uer
tice montis ait. Homo dei? rex pcepit ut de
scendas. Respondensq; helyas? dixit quinq;
genario. Si homo dei sum? descendat ignis
de celo? et deuoret te et quinquaginta tuos.
descendit itaq; de celo ignis et deuorauit
eum? et .l. qui erant cum eo. Rursum misit
ad eum principem quinquagenariū alterū?
et .l. cum eo. Qui locutus ē ei. Homo dei?
hec dicit rex. festina descende. Respondēs
helyas ait. Si homo dei ego sum? descendat
ignis de celo et deuoret te et quinquagim
tarios. descendit g; ignis de celo? et deuo
rauit eum et quinquaginta eius. Iterum
misit pncipē quinquagenariū tertium?
et quinquaginta qui erant cum eo. Qui
cum uenisset curuauit genua contra he
lyam? et precatus ē eum et ait. Homo dei
noli despicere animam meam? et animā
seruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce
ignis descendit de celo et deuorauit duo
pncipes quinquagenarios pmos? et
quinquagenos qui cum eis erant. S; nō
obsecro ut miserearis anime mee. Locutus
est autem angls dñi ad helyam dicens.
descende cum eo ne timeas. Surrexit g;
et descendit cum eo ad regem? et locutus

est ei. Hec dicit dñs. Quia misisti nuncios ad confutandum deum accaroy beelzebub quasi non eēt dñs in isrl a quo possis interrogare sermonem. ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes. s; morte morieris. Mortuus ē autem iuxta sermonem dñi quē locut⁹ ē helyas. et regnavit iorā tam frater eius p eo anno scđo iorā filij iosaphat regis iude. Non enim habebat filium. Reliqua autem uerborum ochorie que opatus est. nonne hec sc̄pta sunt in libro sermonum dierum regum isrl. 11.

